This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600088134U

REGULA

SANCTI PATRIS BENEDICTI

IUXTA ANTIQUISSIMOS CODICES RECOGNITA

A

P. EDMUNDO SCHMIDT.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

1880.

RATISBONAE, NEO-EBORACI ET CINCINNATII
SUMPTIBUS, CHARTIS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET,
S. SEDIS APOSTOLICAE TYPOGRAPHI.

110. m. 763.

Presented to the Bodleian Library by the Editor. Oxford. 1896.

SANCTIS PARENTIBUS NOSTRIS

DIVO BENEDICTO

ET

BEATAE SCHOLASTICAE

AD ANNUM

A NATIVITATE SAECULAREM

XIV.

PROLEGOMENA.

I.

Regulae sancti Patris Benedicti editiones vulgatae etsi universe inter se non differunt, in rebus tamen minoris momenti non omnino concordant, sed aliae alias exhibent lectiones; quaedam vocabula in aliis omittuntur, in aliis adduntur, ita ut ipsius textus significatio passim mutetur vel saltem varietur. Quod incommodum ut tolleretur, ad genuinum textum fuit recurrendum, si forte is aut ex autographo aut ex apographis authenticis haberi posset. Sed neque autographum neque apographum inde immediate derivatum adhuc exstat ullum.

Duo quidem quondam exstitisse autographa, eademque periisse constat. Hac de re audias eruditissimum P. Magnoaldum Ziegelbauer O. N. (Hist. rei litt. Ord. S. Bened. P. III. pag. 6 et seq.):

»Quantum ex historiarum monumentis eruere licet, videtur gloriosissimus Legislator noster Regulam suam pluries, minimumque bis in literas retulisse. Nam constat, eam ipsam, quam scripserat, S. Mauro in Gallias proficiscenti tradidisse Regulam, ut testatur viae vitaeque eius socius S. Faustus, qui ait: *Osculatis nobis, ac benedictione super nos tradita, dedit Ssmo discipulo Mauro librum Regulae, quem ipse Sanctus manu sua scripserat, proferrique iussit pondus librae panis et vasculum aeneum, vini heminam capiens, et ita nos sivit abire.* Hunc

vero Regulae autographum Codicem piissimi Autoris manu exaratum, quem S. Maurus in Gallias attulit, illum ipsum fuisse certum est, qui postmodum in Maiori Monasterio apud Turones asservatus fuit, ex destructo forte Glanofoliensi coenobio istuc allatus. Pro reliquiis certe haberi meruit, quem Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacensis, piis perlustravit oculis, ut Jacobus Breulius, Asceta S. Germani a Pratis, ex veteri codice refert. Utut est, periit exemplar illud Maioris Monasterii, uti et autographum Asceterii Casinensis. Praeter exemplar enim, quod S. Maurus in Gallias asportavit, alterum quoque S. Legislatoris manu exaratum in Italia mansisse, necessario fatendum est. Cum enim anno Christi 580 Longobardi Casinense Monasterium vastarent (uti iam olim S. Benedictus praeviderat) fugientes Monachi Romam petierunt, secum codicem Sanctae Regulae, quam praefatus P. Benedictus scripserat, et quaedam alia scripta, nec non pondus panis et mensuram vini deferentes, ut tradunt Leo Ostiensis et Aimoinus de Gestis Francorum. Post annos autem centum et amplius, instaurato a Petronace Casinensi Monasterio, eadem Regula a Zacharia Papa eodem relata est, ut praeter Leonem Ostiensem testatur Adrevaldus Floriacensis. Sed edisserat nobis ipse Pontifex hanc suam erga Benedictinos liberalitatem, qui in privilegio, quod Casinensi Chronico subnectitur, sic ait: *Haec autem eo die, quo sanctissimi Patris ecclesiam dedicavimus, parvitas nostra obtulit: libros scilicet Sanctae Scripturae, et librum Regulae, quam Piissimus Pater manu propria scripserat. Pondus etiam librae panis et mensuram vini, necnon diversa ad Ecclesiasticum ministerium, ornamenta, et possessiones Apostolica liberalitate concessimus.*

»Ex hoc vero exemplari suspicatur Haeftenus, Theodemarum, post Romanam e Laterano transmigrationem, septimum Casinensem Abbatem, curasse describendam Regulam illam, quam Carolo Magno in Franciam misit. Sic enim in eius Epistola, ad calcem Chronici Casinensis edita habetur: *Volumen vobis Regulae eius B. Patris* (Benedicti) *de ipso codice, quem ille*

*suis sanctis manibus exaravit, transcriptum direximus.**) At enim ubi tam pretiosus thesaurus deinde remansit? Sane, quod aliis rebus sanctissimis quoque evenit, in cineres et favillas, proh dolor! abiit, ut testis est Leo Cardinalis Ostiensis lib. I. Chron. Casin. cap. 51. *Septimo,* inquit, *huius Abbatis* (Ragemprandi) *anno, Monasterium Teanense occulto Dei iudicio cum omnibus operibus suis igne absumptum est; ibi etiam Regula, quam B. Benedictus manu sua conscripserat, et sacci, in quibus divino iussu coelitus eidem Patri Benedicto escae delatae sunt, et plura insuper coenobii istius monumenta incendio conflagrarunt.* At ne omnia voracibus periisse flammis putemus, subditur ibidem: *Quidquid a Fratribus de thesauro Ecclesiae potuit quomodolibet eripi, in Episcopio eiusdem civitatis repositum est.* Inter quae forte fuerit particula quaedam Regulae, quae etiamnum in Casinensi Sacrario inter reliquias asservatur. Scribit enim Milletius, se anno Domini 1605 in Sacristia Montis Casini vidisse ultimum caput Regulae S. Benedicti propria ipsius manu in cortice arboris descriptum. Erat autem argento pellucidoque cristallo inclusum, haec verba coelaturae insculpta gerens: *Haec est scriptura propriae manus S. Benedicti Abbatis.* At enim Mabillonio haec scriptura, qui eam, cum Casini esset, oculis accurate subiecit, haud quoquam tantae visa est antiquitatis. *Verisimilius,* inquit, *existimem, eam esse Regulae partem, quam Drogo Abbas Glanofoliensis, cum anno supra millesimum centesimo tertio Casinum adiisset, Casinatibus obtulit, cum reliquiis beati Mauri.*« Haec Ziegelbauer.

---

*) Epistola de qua hic agitur, non est Theodemari sed Pauli Diaconi qui eam illius nomine ad Carolum regem dedit. En verba epistolae: *Qua de re quia ad beati Patris Benedicti doctrinam et luculenta exempla aliquos monachorum regionis illius Vestrae Clementiae informari placuit, iuxta praeceptionem, en vobis regulam eiusdem beati Patris de ipso codice quam ille suis sanctis manibus exaravit, transcriptam direximus.* Conf. Pauli Diac. *ep. 1.* (Migne Patrol. lat. vol. 95. col. 1583;) et Petri Diac. *De viris illust. Casin.* annot. ad c. 8. (Migne vol. 173. col. 1017.)

II.

De authenticis vero apographis, nisi de duobus, certam non habemus notitiam. Unius mentionem facit Paulus Warnfridus Diaconus in sua epistola, cuius verba supra (pag. IX. in annot.) sunt citata. Alterum commemorat epistola Grimaldi et Tattonis (monachorum Augiae divitis?) ad Regimbertum qui magister scholarum in monasterio S. Galli fuisse videtur.

»Praestantissimo et ineffabili dilectione nominando Regimberto praeceptori Grimaltus, Tattoque supremi auditorum vestrorum discipuli sempiternae felicitatis salutem. Memoria dilectionis vestrae animis nostris sedulo inhaerens, immemores petitionum vestrarum promissionumque nostrarum non esse permittit. Et utinam tam proficienter, quam spontanee piam voluntatem vestram implere valuissemus. Ecce vobis Regulam beati Benedicti egregii Doctoris, quam benevolus animus vester summo semper optaverat desiderio, direximus, sensibus et syllabis, necnon etiam litteris a supradicto Patre, ni fallimur, ordinatis minime carentem, quae de illo transcripta est exemplare, quod ex ipso exemplatum est codice, quem beatus Pater sacris manibus suis exarare ob multorum sanitatem animarum curavit. Illa ergo verba, quae supradictus Pater secundum artem (sicut nonnulli autumant) in contextum Regulae huius non inseruit, de aliis Regulis a modernis correctis Magistris colleximus, et in campo paginulae e regione cum duobus punctis inserere curavimus. Alia etiam quae a Benedicto dictata sunt, et in neotericis minime inventa, obelo et punctis duebus consignavimus. Hoc egimus desiderantes vos utrumque et secundum traditionem pii Patris etiam modernam habere. Eligite vobis, quod desiderabili placuerit animo. Valete in Domino.«

Id apographum quod attinet, P. Marquardus Herrgott putat, exemplar cuius hic mentio fit, ex illo apographo esse desumptum quod Theodemarus Carolo Magno miserat. Epistola scripta esse videtur non multo post annum 817. (conf. *Vetus disciplina monastica*, pag. 33.)

III.

Non supersunt igitur nobis nisi apographa quorum authentia hucusque certo demonstrari nequit. Nihilominus haec eadem minime carent omni fide atque auctoritate, quippe quae nec recepta nec tam studiose conservata essent, nisi patribus nostris constitisset ea ex authenticis exemplaribus fluxisse et aliquatenus esse probata.

Quapropter nihil omisimus, quin de apographis omnibus anno millesimo anterioribus, quorum notitia ad nos pervenit, collationes novas et exactas nobis procuraverimus tum per nos ipsos tum per amicos et fautores quibus maximam quam possumus gratiam habemus. Primum inter hos fautores obtinet locum cl. et Revmus D. Dr. Daniel Bonifacius de Haneberg, Episcopus Spirensis b. m. qui, dum abbatialem gerebat Monachii curam, huius operis prima iecerat fundamenta, et multis maximisque distentus studiis susceptum laborem nobis detulit. Non minus gratiae sunt agendae cl. viro Henrico Guilelmo Bliss Oxoniensi cuius officiosae caritati debemus exactissimam codicis Oxoniensis collationem, eruditissimo et adm. reverendo D. Jo.-B. Giuliari, Canonico cathedrali et Bibliothecario Veronensi qui utriusque codicis Veronensis, et reverendo confratri nostro P. Gregorio Palmieri Monasterii s. Pauli extra muros qui tum utriusque Londinensis, tum Vaticani codicis collationem nobis procuravit. Etiam a cl. D. Keitz Bibliothecario, Fuldensi, et a carissimo confratre P. Coelestino Wolfsgruber Vindobonensi in opere conficiendo magnopere adiuti sumus.

In hac igitur nova editione s. Regulae praeparanda 15 codicibus usi sumus qui non solum propter antiquitatem magnam habent auctoritatem, sed etiam cum ex dissitis regionibus sint collecti, maiorem nobis afferunt spem fore, ut textus qui ex illorum comparatione prodierit, ad genuinum proprius accedat. — Singulos codices in annotationibus literis designavimus quas uncis inclusas hic addimus.

I. Codex Tegernseensis [A.] Bibl. reg. Monac. (clm. 19408.) saec. VIII. Paenultimum folium deest: supplementum (a *non superbiendo* cap. 68. usque ad *non permittimus pri-* cap. 71.) a recentiore manu additum est fortasse saec. XI. Ab eadem manu variae per totum volumen insertae videntur emendationes, quae modo textum cum praeceptis grammaticae conciliare, modo aliorum codicum lectiones intrudere conantur. Ex quibusdam mendis (velut *invitantes* pro *invitantis*, *munitionibus* pro *monitionibus*, *discipulus* pro *discipulos*, *adeatur* pro *habeatur*,) videtur posse concludi, hunc codicem non descriptum esse sed calamo exceptum alio dictante. In fine textus s. Regulae haec leguntur: »Codex peccatoris Benedicti. Vae mihi misero habenti contrariam mihi rem qui reus sum in his omnibus, quia adversantur moribus meis malis. Tu vero bonorum lectorum dum his tuam videris vitam concordare praeceptis orans pro scriptore codicem redde domino suo.« *)

II. Codex Mondseensis [B.] Bibl. reg. caes. Vindobonensis (2232.) saec. X. Paucis in locis est emendatus a 1ª vel 2ª manu. Textu Regulae absoluto in altero folio legitur: »Regulam sancti Benedicti ad conservandam et complendam sponte non inviti promisimus quam hic bene conscriptam et exemplatam habetis per ipsam quam ipse conscripsit beatissimus Benedictus manibus suis.« Hic Codex simul cum praecedenti magna videtur esse auctoritate.

III. Codex Fuldensis [C.] Bibl. Fuld. (D. 3.) saec. IX. Duo vel tria ultima folia perierunt; terminatur his verbis cap. 69. — *a monachis praesumatur*. In fine huius codicis haec scripta erant: »Codex peccatoris Benedicti. Vae mihi misero habenti contrariam mihi rem, qui reus in his omnibus, quia adversantur moribus meis malis. Tu vero horum lector, si

---

*) Ista verba codicis scriptor non proprio marte addidisse videtur, sed ex eo exemplari quod prae manibus habebat desumpsisse. Conferas ea quae infra ad codicem Fuldensem habentur.

tuam videris vitam concordare praeceptis, ora pro scriptore. Codicem redde domino suo. Haec verba sancti Patris reperta sunt in fine regulae quam ipse manibus suis propriis scripsit, et s. Mauro, cum eum ad Gallias mitteret, tradidit. Quae dominus ac venerabilis abbas *(Ruthardus, ab a. 1075.)*, cum apud Maius-Monasterium Turonense in eadem regula quae ibi pro reliquiis servatur, invenisset, rogavit sibi apud Cluniacum transmitti, et in hac regula nostra pro amore ipsius sanctissimi Patris nostri iussit studiose describi.« Periit quidem hoc folium, sed in alio codice eiusdem bibliothecae (D. 28.) ex illo descripta conservata sunt. Qui codex id peculiare habet quod in indice multi tituli capitum ita sint aucti, ut summaria potius sint (ex. gr. cap. 47. »De significanda hora operis Dei ac de psalmis et antiphonis imponendis atque psallere vel legere iubente abbate;« cap. 48.« De opere manuum quotidiano et horis lectioni et quieti fratrum concessis;« cap. 49. »De quadragesimae observatione ac de augendis peculiaribus votis cum voluntate abbatis.«) Concordat hac in re cum indice Concordiae Regularum sancti Benedicti Anianensis. In ipsa Regula haec additamenta non habentur.

IV. Codex Parisiensis [D.] Bibl. nation. (4208.) saec. IX.

V. Codex Frisingensis [E.] Bibl. reg. Monac. (clm. 6255.) saec. X. Mire cum codice Tegernseensi concordat ex quo transscriptus esse videtur; vitia tamen grammaticalia expuncta sunt, ut fere in praecedenti, et in locis difficilioribus coniecturas exhibet quae pleraeque in edita irrepsere. Tam in indice quam in inscriptionibus capitum titulos exhibet prolixiores non secus ac Fuldensis.

VI. Codex Londinensis prior [F.] in Musaeo Britannico asservatus (Cotton Tiberius A III., 115.) saec. circiter X. Habet Saxonicam versionem, (conf. Ziegelbauer tom. III., pag. 9.) scatetque mendis.

VII. Codex Londinensis alter [G.] pariter ex Musaeo Britannico (Cotton Titus A IV., 107.) saec. XI.

VIII. Codex Veronensis prior [H.] Bibl. commun., saec. XI.

IX. Codex Bruxellensis [I.] Bibl. Ducum Burgundiae (8305.) saec. IX.

X. Codex Romanus [K.] Bibl. Vatic. (cod. lat. n. 5949.) saec. XI.

XI. Codex Einsidlensis [L.] (236.) saec. IX. Sicut Fuldensis habet in indice summaria capitum, et praeterea per totam Regulam interpretationem interlinearem recentiore manu additam; in ipso textu praecepta grammaticae magis quam alii servat.

XII. Codex Oxoniensis [O.] Bibl. Bodleianae saec. VII. vel saltem VIII. ineunte exaratus. Ultimum folium (67um) periit; finitur verbis *sanctorum patruum quarum observa-* cap. 73. — Saepius manu fere contemporanea et altera recentiore correctus est.

XIII. Codex Faucensis [P.] Bibl. Capituli cathedralis Augustani (olim in monasterio Faucensi) saec. X. certe anterior. Nonnulla folia desunt, unde textus non continet 1° cap. 35. a verbis: *Quo dicto tertio accipt-*, et capp. 36. 37. 38.; 2° cap. 57. concluditur verbis: *de rebus monasterii fecerint in-* et cap. 58. incipit a verbo: *-monasterii. Illa autem vestimenta* etc.

XIV. Codex Veronensis alter [Q.] Bibl. Capituli Cathedralis Veron. (LII. 50.) saec. X. certe anterior sicut praecedens. Ex eodem fonte fluxisse videtur ex quo Oxoniensis quocum saepissime concordat.

XV. Codex Sangallensis [R.] Bibl. Capituli (916.) saec. VIII. exaratus, maxime propter versionem allemanicam interlinearem Keroni monacho adscriptam celeber. (Usi sumus editione quam curavit cl. D. Hattemer.). Notatu digna sunt: 1° saepe locis dubiis scriptor lacunam vel rasuram reliquit, nec postea literas omissas vel erasas apposuit; (conf. pag. 35 ε), pag. 44 α), pag. 47 $\varkappa$), pag. 50 $\varkappa$), pag. 58 μ); 2° unus a catalogo capitum incipit, qui in ceteris prologum sequitur; 3° eam partem prologi quae in Oxon. Fauc. et Veron.

altero omnino deest (cf. pag. 3.) initio prologi praeponit; incipit igitur: »Ergo praeparanda sunt corda et corpora nostra«, et post verba: »ut regni eius mereamur esse consortes,« interpositis versibus notissimis: »Qui levi iugo Christi colla submittere cupis« etc. subsequitur: »Ausculta, o fili, praecepta magistri etc.«

IV.

Qui codices, etsi singuli ac seorsim spectati pares non sunt, ut plenam faciant fidem, omnes tamen in unum collecti, diligenter inter se collati, ad harmoniam, quantum fieri potest redacti, non apparet, cur non perfectam sibi vindicent auctoritatem.

Sane, si rationem habueris pietatis, qua veteres semper hunc s. Regulae librum prosecuti sunt, affirmantes ipso Spiritu sancto afflante eum esse compositum atque habentes velut vitae religiosae legem normamque exactam; si consideraveris, publicis regum atque imperatorum legibus hanc s. P. Benedicti Regulam observationi monachis omnibus mandatam esse; si prae oculis habueris, textum nostri libri saepissime in conciliis et synodis lectum et inculcatum esse; si in memoriam revocaveris, frequentissimum viguisse inter monasteria vel maxime dissita commercium, nominatim specialem communicationem semper servatam esse a recentioribus cum antiquioribus coenobiis, quae ceteris erant quasi parentes; si addideris, haud raro cum maxima sollicitudine a maioribus nostris itinera laboriosa ut exactam s. Regulae observantiam addiscerent, suscepta fuisse; si denique perpenderis scrupulositatem, qua antiquiores saltem codices vel ipsa menda et locos (signis et punctis carentes) intellectu difficiliores fidelissime atque uniformiter tradiderunt *): haud aegre fateberis codices omnes admodum corruptos et truncatos non

*) Advertas velim eos codices prae ceteris laborare mendis qui ad interlinearem versionem concipiendam conscripti sunt, Londinensem II. scilicet et Sangallensem.

esse, simulque nobiscum censebis vix fieri posse, ut ex accurata vetustiorum codicum ad invicem collatione atque critica locorum variantium examinatione textus non eruatur qui a primigenio haud multum differat.

V.

Quae integritas et congruentia universalis codicum non impedit, quominus in singulis errata et menda inveniantur. Difficultas tamen non modica oritur ex eo quod antiquiorum codicum complures*) multis in locis ita a ceteris dissentiunt et inter se conveniunt, ut inde duae codicum classes distinguendae sint, quarum constituitur una codicibus Oxoniensi, Veronensi II. Sangallensi; altera codicibus Tegernseensi, Mondseensi, Fuldensi, Faucensi.**) Duces utriusque classis sunt hinc quidem codex Oxoniensis, inde vero Tegernseensis. Eius discrepantiae quaenam sit vis ac ratio ex hac tabula quae aliquos locos maioris momenti exhibet, perspici potest.

I. Prol. (conf. pag. 2.)

Oxon. Lond. II. Ver. I. Ver. II. Sang.:	*Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:*
Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris et calceatis in praeparatione Evangelii pacis pedibus pergamus itinera eius etc.	Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris per ducatum Evangelii pergamus itinera eius etc.

*) Omittimus recentiores codices in quibus utriusque classis lectiones plerumque confunduntur.

**) De Fuldensi et Faucensi notandum est, eos paucis quibusdam in locis cum Oxoniensi concordare, etsi alteri classi fere semper adstipulentur.

II. Prol. (conf. pag. 3. seq.)

Oxon. Fauc. Veron. II. Sangall.:

Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris officium, erimus heredes regni coelorum.

Incipiunt capitula regulae.

Teg. Mon. Fuld.:

Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris officium!

Ergo praeparanda sunt corda et corpora nostra ..... ut regni eius mereamur esse consortes.

Incipiunt capitula regulae.

III. Cap. IV. (conf. pag. 14.)

Oxon. Lond. I. et II. Veron. I. et II. Sang.:

Zelum et invidiam non habere.

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliq.:

Zelum non habere, invidiam non exercere.

IV. Cap. VI. (conf. pag. 16.)

Oxon. Veron. II. Sang.:

Et ideo, si qua requirenda sunt a priore, cum summa reverentia, ne videatur plus loqui quam expedit. Scurrilitates vero etc.

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliq.:

Et ideo, si qua requirenda sunt a priore, cum omni humilitate et subiectione reverentiae requirantur. Scurrilitates vero etc.

V. Cap. IX. (conf. pag. 23.)

Oxon. Veron. II. Sang.:

Legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones, inter quas et tria responsoria; post

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliq.:

Legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones, inter quas et

tertiam vero lectionem qui cantat dicat »Gloriam«.

tria responsoria cantentur. Duo responsoria sine »Gloria« dicantur. Post tertiam vero lectionem qui cantat dicat »Gloriam«.

VI. Cap. XIX. (conf. pag. 32.)

Oxon. Veron. I. et II. Brux. Einsid. Sangall.:

Ubique credimus divinam esse praesentiam, et oculos Domini speculari bonos et malos.

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

Ubique credimus divinam esse praesentiam, et oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos.

VII. Cap. XXIII. (conf. pag. 33.)

Oxon. Veron. II. Sangall.:

Si quis frater contumax aut inobediens aut superbus aut murmurans aut in aliquo contrario consistens sanctae regulae ....

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

Si quis frater contumax aut inobediens aut murmurans vel in aliquo contrarius existens sanctae regulae..

VIII. Cap. XXVII. (conf. pag. 35.)

Oxon. Fris. Lond. I. et II. Veron. I. et II. Vat. Sangall.:

Uti debet omni modo ut sapiens medicus: immittere quasi occultos consolatores sympaectas, id est seniores sapientes fratres qui quasi secrete consolentur fratrem fluctuantem ...

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

Uti debet omni modo ut sapiens medicus: immittere sympaectas, id est seniores sapientes fratres qui quási secrete consolentur fratrem fluctuantem . . . .

IX. Cap. XXIX. (conf. pag. 37.)

Oxon. Veron. I. et II. Sang. et reliqui:

Frater qui proprio vitio egreditur aut proiicitur de monasterio, si reverti voluerit . . .

Teg. Mon. Fuld. Fauc.:

Frater qui proprio vitio egreditur de monasterio, si reverti voluerit . . . .

X. Cap. XLII. (conf. pag. 45.)

Oxon. Brux. Veron. II. Sang.:

Heptaticum aut Regum, quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire, aliis horis legantur.

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

Non autem Heptaticum aut Regum, quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire; aliis vero horis legantur.

XI. Cap. XLIII. (conf. pag. 47.)

Oxon. Fuld. Veron. II. Sangall.:

. . . nisi forte abbas licentiam dederit permissione sua. Et simul omnes dicant versum et orent et sub uno omnes accedant ad mensam . . .

Teg. Mon. Fauc. et reliqui:

. . . nisi forte abbas licentiam dederit permissione sua, ita tamen, ut satisfaciat reus et hoc. Ad mensam autem qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum et orent et sub uno omnes accedant ad mensam . . .

XII. Cap. XLVI. (conf. pag. 49.)

Oxon. Veron. II. Sangall.:

Dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

Dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat

emendationi animae venia. Peccati causa si fuerit latens, tantum abbati aut spiritalibus senioribus patefaciant . . .

emendationi. Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati aut spiritalibus senioribus patefaciat . . .

XIII. Cap. XLVIII. (conf. pag. 51.)

Oxon. Veron. II. Sangall.:

. . . et sint parati, dum secundum signum pulsaverit. Mox ut auditum fuerit signum, relictis omnibus quaelibet summa cum festinatione curratur.*) Post refectionem autem vacent omnes lectionibus . . .

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

. . . et sint parati, dum secundum signum pulsaverit. Post refectionem autem vacent omnes lectionibus . . .

XIV. Cap. LIX. (conf. pag. 61.)

Oxon. Fris. Veron. II. Sangall.:

. . . quia numquam per se, numquam per subiectam personam . . . ei aliquando aliquid dant aut tribuunt occasionem habendi . . . atque ita omnia observantur, ut nulla suspicio remaneat puero.

Teg. Mon. Fuld. Fauc. et reliqui:

. . . quia numquam per se, numquam per suffectam personam . . . ei aliquando aliquid dant aut tribuunt occasionem habendi . . . atque ita omnia obstruantur, ut nulla suspicio remaneat puero.

XV. Cap. LXIII. (conf. pag. 65.)

Oxon. Veron. II. Sangall.:

Abbas autem, quia vices

*Teg. Mon. Fris. Lond. I. et II. Brux. Vatic.:***)

Abbas autem, quia vices

---

*) Conf. cap. XLIII. pag. 46.

**) *Fuld. Paris. Veron. I. Einsid. Fauc. cum Concordia s. Benedicti Anianensis habent:* . . . quia vices Christi agere videtur.

Christi agit, dominus et abbas vocetur.	Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur.

XVI. Cap. LXV. (conf. pag. 68.)

Oxon. Fuld. Paris. Lond. I. et II. Veron. I. et II. Einsid. Sangall.:	*Teg. Mon. Fris. Brux. Vatic. Fauc.:*
. . . ei suggeritur . . . exutum eum esse a potestate abbatis sui, quia ab ipsis est ordinatus a quibus et abbas.	. . . ei suggeritur . . . exutum eum esse a potestate abbatis sui: quia ab ipsis es et tu ordinatus a quibus et abbas.

Has differentias si quis diligentius inspexerit, deprehendet:

1⁰ duas revera codicum classes distingui posse, quarum antesignani Oxoniensis et Tegernseensis dici queant;

2⁰ recentiores codices in delectu lectionum variare, modo priori modo alteri classi concordantes;

3⁰ differentias sic se habere, ut saltem maior pars omissionum et mutationum et additionum quas continet classis Tegernseensis, tamquam emendatio accuratiorque redactio prae lectionibus Oxoniensis censeri possit;

4⁰ prologi praesertim partem extremam quam exhibet classis Tegernseensis, longe discrepare a fine prologi Oxoniensis. Quem locum, cum maximi sit momenti, integrum hic apponimus.

Forma Oxoniensis.	*Forma Tegernseensis.*
Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris of-	Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris officium!

600088134U

morum locorum corruptio tamquam vera emendatio appareat? Emendatio scilicet constans consilium indicat: consilium vero casui opponitur.

Si posterius locum habet (corrupt. Oxon.), quomodo explicatur, mutationes omnes semper sensum subiicere bonum eumque integrum?

2° Praeterea in hypothesi fortuitae corruptionis, quomodo solvitur quaestio summi momenti de lege constantiae et regularitatis qua omnes differentiae de quibus agimus, aperte diriguntur? Et undenam explicabitur, quod praecise duae tantum classes et exiguntur et sufficiunt ad quas hae discrepantiae ut ad suos fontes referantur?

3° Quomodo denique, ut iterum ad particularem quendam locum descendamus, res prologi saepius iam tractata enodatur? Sane fortuito corrupta esse non potest supponi nisi forma brevior codicis Oxoniensis. Textum enim longiorem Tegernseensem omnino genuinum esse supra satis probatum est.

Jamvero, dato, non concesso, truncationi cuidam fortuitae deberi formam breviorem Oxoniensem, quaeritur, undenam et quomodo truncatio illa sit exorta. Dices: Excidit folium. At haec solutio suis difficultatibus premitur caretque probabilitate.

Si enim a) computatio fit spatii ad formam longiorem scribendam necessarii, quae omissa sunt, integrum folium non occupant, qualiscumque literarum character vel quantitas membranae supponitur, sed unam paginam nonnihil excedunt; quapropter ex praecedenti textu aliquid aut ex sequenti simul excidere oportebat; sed neutrius vel minimum vestigium apparet.

Si qua tamen b) suppleta essent, ea ex codice alterius classis tantum sumpta fuissent, cum in his supplendis ambae classes omnino concordent. Quare

nulla c) proferri potest ratio, cur, si alia supplebant amanuenses ex codice integro, conclusioni prologi, quae certe non

minoris quam illa momenti est, inventum suum hoc substituerint: »Erimus heredes regni coelorum«, — quippe quae verba spuria supponenda essent. Et multo minus

liquet d) cur posteriores codices omnes illa verba velut genuina sibi adsciverint.

Forma igitur prologi brevior fortuito truncata censeri non potest.

4⁰ Denique praetereundum non est, hypothesi corruptionis fortuitae supponi, omnes codices classis Oxoniensis ex uno eodemque fonte derivari. Secus enim quomodo explicabitur accurata rerum etiam minutarum concordia atque uniformitas quam codices terrarum dissitarum (Angliae, Germaniae*, Helvetiae, Italiae) prae se ferunt? Omnis enim corruptio eaque fortuita (quae supponitur) est error simulque casus. In errore autem et casu concordia atque uniformitas haud invenitur. — Supponendus est ergo unus idemque codex qui fons fuerit communis omnium seriei Oxoniensis exemplarium.

Codicem autem qui, duobus adhuc exstantibus autographis, tantam habebat auctoritatem ut eius lectiones iam tum et a tota posteritate genuinae sint habitae, quis dixerit adulteratum esse sive consulto sive fortuito?

VII.

Hinc omnibus consideratis arbitramur:

1⁰ utraque classe continetur textus non corruptus sed genuinus;

2⁰ discrepantiae vero hinc inde occurrentes explicandae sunt ex duobus exemplaribus manu quidem sancti Legislatoris sed non uno eodemque tempore exaratis;

---

*) Adstipulatur huic seriei praeterea fragmentum Ratisbonense quo nondum usi sumus.

3° sanctus Patriarcha post varias vitae vicissitudines, moriturus iam suisque valedicens, abeunti in Galliam dilectissimo discipulo, beato Mauro tradidit quam primitus constituerat Regulae formam sollertissime revisam atque recensitam.

Haec ergo opinio quae duo statuit autographa, ut paucis omnia complectamur, eo commendatur quod

1° difficultatibus praemissis non premitur; quod

2° dubitationibus omnibus optime satisfacit; quod

3° insoliti nihil habet, s. P. Benedictum discipulo suo in Galliam proficiscenti textum Regulae occasione revisionis accuratiorem curasse, cum fere semper contingat, ut editio quaepiam altera simul sit aucta atque perfectior; quod denique

4° indoli atque ingenio sancti Auctoris conforme omnino erat, ut sicut in omnibus rebus perfectioni studebat, item vel in ipsis verbis conceptis suae Regulae, ubi occasio postulavit, politiorem hinc inde stilum affectaret.

VIII.

Restat, ut pauca de hac editione addamus. Ut sententia nostra exigit, secuti sumus textum Tegernseensem, simulque conati, eum ope ceterorum codicum corrigere. Lectiones vero alterius classis proprias plerumque in annotationibus hoc signo [D.] distinximus. — Si cui fortasse delectus lectionum a nobis exhibitus non arriserit, omnes alias variationes aliqua veri specie gaudentes in annotationibus congessimus, ex quibus ipse, si placet, meliorem sibi eligat.

Licet non desint rationes quae plures suaserint mutationes in textu, maxime in iis capitibus in quibus de opere Dei ordinando agitur, tamen a corrigendo abstinuimus memores semper

5
12 NOV
READER'S SURNAME
Ker
(NO. OF SEAT)
H32

nostrae, id omne et solum esse typis edendum quod
ıcto exhibent. Ab hoc vero proposito aliquantulum reces-
ım primum ubi res postulabat, restituentes in capiti-
ino officio, et cap. 55. ubi res necessariae et singulis
t cap. 66. ubi varia loca monasterii enumerantur.
ı vocabula procul dubio a sancto Auctore brevibus
ɔtis erant scripta, quae ab insciis amanuensibus
ıctus Benedictus intenderat casu transcripta sunt.

SIGNA ABBREVIATIONUM.

A. Codex Tegernseensis.
B. „ Monseensis.
C. „ Fuldensis.
D. „ Parisiensis.
E. „ Frisingensis.
F. „ Londinensis I.
G. „ Londinensis II.
H. „ Veronensis I.
I. „ Bruxellensis.
K. „ Vaticanus.
L. „ Einsidlensis.
O. „ Oxoniensis
P. „ Faucensis.
Q. „ Veronensis II.
R. „ Sangallensis.

1ª (2ª) m. = prima (secunda) manus.
om. = omittit (omittunt, omisso, omissis).
add. = addit (addunt).
sic corr. = sic correctus (correcti) recentiore manu.
sup. ras. = supra rasuram legitur.
s. l. = supra lineam.
[D.] = Differentia duarum classium codicum.

ERRATA CORRIGE:

pag. 29. lin. 3. ab infra lege: *praemissa sunt;*
„ 34. „ 1. lege: obiurgetur.

REGULA
SANCTI PATRIS BENEDICTI.

Ausculta[α], o fili, praecepta magistri et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple, ut ad eum per obedientiae laborem redeas a quo per inobedientiae desidiam recesseras. Ad te ergo nunc mihi[β] sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus Domino Christo vero regi militaturus obedientiae fortissima atque praeclara arma assumis[γ], inprimis ut quidquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas.

Ut qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare, non debet[δ] aliquando de malis actibus nostris contristari, ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum iratus[ε] pater suos[ζ] non aliquando filios exheredet, sed nec ut metuendus dominus irritatus a[η] malis nostris ut nequissimos servos perpetuam tradat ad poenam qui eum sequi noluerint ad gloriam.

Exsurgamus ergo tandem aliquando excitante nos Scriptura ac dicente: »Hora est iam nos de somno surgere«; et apertis oculis nostris ad deificum lumen attonitis auribus

---

α) *B* obsculta. β) *CDEFGHIKLP* meus. γ) *ABEK* sumis. δ) *EFGHKOP* debeat *(ADL sic corr.)*. ε) *FGQ* ut iratus. ζ) *I* suos aliquando; *AC* suos (*s. l.* non) aliquando; *P* suos *(ras.)* aliquando. η) *CDHIKLPQ om.* a.

audiamus, divina quotidie clamans quid nos admonet[α] vox dicens: »Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra,« et iterum: »Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis.« — Et quid dicit? »Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos; currite, dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant.«

Et quaerens Dominus in multitudine populi cui haec clamat operarium suum iterum dicit: »Quis est homo qui vult vitam et cupit videre dies bonos?« Quod si tu audiens respondeas: Ego, dicit tibi Deus: »Si vis habere veram et perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum; deverte a malo et fac bonum; inquire pacem et sequere eam. Et cum haec feceritis, oculi mei super vos, et aures meae ad preces vestras, et antequam me invocetis, dicam vobis: Ecce adsum.« — Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitae. Succinctis[β] ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris per ducatum Evangelii[γ] pergamus itinera eius, ut mereamur eum qui nos vocavit in regnum suum[δ] videre. In cujus regni tabernaculo[ε] si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curritur[ζ], minime pervenitur.

Sed interrogemus cum propheta Dominum dicentes ei: »Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescit in monte sancto tuo?« Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi dicens[η]: »Qui ingreditur sine ma-

---

α) *BDFGHIKLOQ* admoneat *(A sic corr.)*. β) *Q* succingentes ... lumbos nostros. γ) *GHOQR* (*om.* per ducatum Evangelii) et calceatis in praeparatione (-m *HQ*) Evangelii pacis pedibus pergamus. [D.] δ) *DEFGHILOPQR* in regno suo. [D?] ε) *O* tabernaculis. ζ) *CGHOPQR* curratur; [D?] *DIKL* currendo *(in P eras.)*. η) *CDEFGHIK (P 1ᵃ m.)* dicentem.

cula et operatur iustitiam; qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua; qui non fecit proximo suo malum; qui opprobrium non accepit adversus proximum suum; qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi cum ipsa suasione sua a conspectibus cordis sui respuens deduxit ad nihilum et parvulos cogitatus ejus tenuit et allisit ad Christum; qui timentes Dominum de bona observantia sua non se reddunt elatos, sed ipsa in se bona non a se posse, sed a Domino fieri existimantes[α] operantem in se Dominum magnificant illud[β] cum propheta dicentes: »Non nobis, Domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam;« sicut nec Paulus apostolus de praedicatione sua sibi aliquid imputavit dicens: »Gratia Dei sum id quod sum;« et iterum ipse dicit: »Qui gloriatur in Domino glorietur.« Unde et Dominus in Evangelio ait: »Qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram; venerunt flumina, flaverunt venti et impegerunt in domum illam, et non cecidit, quia fundata erat super petram.«

Haec complens Dominus exspectat nos quotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitae dies ad inducias relaxantur dicente Apostolo: »An nescis, quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?« Nam pius Dominus dicit: »Nolo mortem peccatoris, sed[γ] convertatur et vivat.« Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris officium![δ]

α) *QR* existimant; *K* existimantes et; *O* existimant (-es *in marg.*) operante in se Domino magnificant illum. [D?] β) *CE* illum. γ) *DEFGHIKOPQR add* ut *(in L* ut *in marg.)*. δ) *FGHIKLOPQR add.* erimus heredes regni coelorum. [D.] *OPQR hic desinunt prologum; quae in aliis codd sequuntur, in R ante prologum leguntur.*

Ergo praeparanda sunt corda et corpora nostra sanctae praeceptorum obedientiae militanda.α Et quod minus habet in nosβ natura possibile, rogemus Dominum, ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehennae poenas ad vitam volumus pervenire perpetuam, dum adhuc vacat, et in hoc corpore sumus, et haec omnia per hanc lucis vitam vacat implere — currendum et agendum est modo quod in perpetuum nobis expediat.

Constituenda est ergo a nobis dominici schola servitii. In qua institutione nihil asperum, nihilγ grave nos constituturos speramus; (sed et si quid paululum restrictius dictante aequitatis ratione propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit, non illico pavore perterritus refugias viam salutis, quae non est nisi angusto initio incipienda, processu vero conversationis et fidei dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei;) ut ab ipsius numquam magisterioδ discedentes in eius doctrina usque ad mortem in monasterio perseverantes passionibus Christi per patientiam participemur, utε regniζ eius mereamur esse consortes.η

INCIPIUNT CAPITULA REGULAE.

I. De generibus vel vita monachorum.
II. Qualis debeat esse abbas.
III. De adhibendis ad consilium fratribus.
IV. Quae sunt instrumenta bonorum operum.
V. De obedientia discipulorumϑ qualis sit.
VI. De taciturnitate.
VII. De humilitate.
VIII. De officiis divinis in noctibus.

α) *CDGHIKL* militatura. β) *CDFGKL* in nobis. γ) *DFHIK* nihilque. δ) *A* monasterio. ε) *AEL* ut et. ζ) *E* regno. η) *GR add.* amen. ϑ) *IR om.* discipulorum etc.; *CD om.* qualis sit.

IX. Quanti psalmi dicendi sunt[α] nocturnis horis.
X. Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus.
XI. Qualiter dominicis diebus vigiliae agantur.
XII. Qualiter matutinorum solemnitas agatur.
XIII. Privatis diebus qualiter matutini agantur.
XIV. In natalitiis[β] sanctorum qualiter vigiliae agantur.
XV. »Alleluia« quibus temporibus dicatur.
XVI. Qualiter divina opera per diem agantur.
XVII. Quanti psalmi per easdem horas dicendi sunt.
XVIII. Quo ordine psalmi[γ] dicendi sunt.
XIX. De disciplina psallendi.
XX. De reverentia orationis.
XXI. De decanis[δ] monasterii quales debeant esse.[ε]
XXII. Quomodo dormiant monachi.
XXIII. De excommunicatione culparum.[ζ]
XXIV. Qualis debeat esse modus excommunicationis.
XXV. De gravioribus culpis.
XXVI. De his qui sine iussione[η] iunguntur[ϑ] excommunicatis.[ι]
XXVII. Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa excommunicatos.
XXVIII. De his qui saepius[κ] correpti emendare noluerint.[λ]
XXIX. Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de monasterio.
XXX. Pueri minore aetate qualiter corripiantur.
XXXI. Qualis debeat esse cellararius monasterii.[μ]

α) *CHOQ* sint. β) *O* natale; *CDEFGILP* qualiter in sanctorum natalitiis etc. γ) *AFHLR* ipsi psalmi. δ) *EO* decani monasterii quales etc.; *CPQ add.* et de praeposito. ε) *CDHLP om.* quales debeant esse. ζ) *CD* culpatorum. η) *FGP* sine iussione abbatis. ϑ) *F* iungunt se. ι) *A* excommunicatos; *E* excommunicato. κ) *A* saepe. λ) *A* nolunt; *O* noluerunt; *CDEFHIP* non emendaverint. μ) *CDFGPR* de cellarario monasterii; *CDF add.* qualis sit.

XXXII. De ferramentis vel rebus monasterii.
XXXIII. Si quid debeant monachi proprium habere.
XXXIV. Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere.
XXXV. De septimanariis coquinae.
XXXVI. De infirmis fratribus.
XXXVII. De senibus vel infantibus.
XXXVIII. De hebdomadario lectore.
XXXIX. De mensura cibus.
XL. De mensura potus.
XLI. Quibus horis oportet reficere fratres.
XLII. Ut post completorium[α] nemo loquatur.
XLIII. De his qui ad opus Dei vel ad mensam tarde occurrunt.
XLIV. De his qui excommunicantur quomodo satisfaciant.
XLV. De his qui falluntur in oratorio.
XLVI. De his qui in aliis quibuslibet rebus[β] delinquunt.
XLVII. De significanda hora operis Dei.
XLVIII. De opera manuum quotidiana.[γ]
XLIX. De quadragesimae observatione.
L. De fratribus qui longe ab oratorio laborant.[δ]
LI. De fratribus qui non longe satis proficiscuntur.
LII. De oratorio monasterii.
LIII. De hospitibus suscipiendis.
LIV. Ut non debeat monachus litteras vel eulogias suscipere.
LV. De vestiariis vel calceariis[ε] fratrum.[ζ]
LVI. De mensa abbatis.
LVII. De artificibus monasterii.

α) *A* completorio; *CDEFGH* completorios. β) *CDER* in aliquibus levibus rebus (*C* causis); *IP* in aliquibuslibet rebus (*P* causis); *A* in aliquibus rebus delinquent; *G* in levibus rebus; *H* in quibuslibet; *Q* in aliquibus. γ) *CIOPQ* de opere manuum quotidiano. δ) *BDOQR* operantur. [D.]. ε) *CDEP* de vestiario et calceario. ζ) *A om.* fratrum.

LVIII. De ordine[α] suscipiendorum fratrum.[β]
LIX. De filiis nobilium vel pauperum.[γ]
LX. De sacerdotibus qui in monasterio habitare voluerint.[δ]
LXI. De monachis peregrinis.[ε]
LXII. De sacerdotibus monasterii.
LXIII. De ordine congregationis.
LXIV. De ordinando abbate.
LXV. De praeposito.[ζ]
LXVI. De ostiariis monasterii.
LXVII. De fratribus in via[η] directis.
LXVIII. Si fratri impossibilia iubeantur.[ϑ]
LXIX. Ut in monasterio non praesumat alter alium[ι] defendere.
LXX. Ut non praesumat passim[κ] quisquam alium caedere.[λ]
LXXI. Ut obedientes sibi sint invicem.
LXXII. De zelo bono quod[μ] debent monachi habere.
LXXIII. De hoc[ν] quod non omnis observatio justitiae[ξ] in hac sit regula constituta.
Expliciunt capitula.[ο]

I. DE GENERIBUS MONACHORUM.

Monachorum quatuor esse genera manifestum est. Primum coenobitarum, hoc est monasteriale militans sub regula

---

α) *CEGP* de disciplina. β) *E add.* novitiorum. γ) *DGP add.* qui offeruntur; *CE add.* qui offeruntur in monasterio. δ) *A* volunt. ε) *CDEFGHLP add.* qualiter suscipiantur. ζ) *AD* De proposito; *CDEFGHIKLPQ add.* monasterii. η) *BCEP* in viam. ϑ) *EP* iniungantur; *CDHIR* iniunguntur; *G* de fratre cui impossibilia iniunguntur. ι) *AEFGHP* alterum. κ) *AGOQR om.* passim. [D.] λ) *AIR add.* aut excommunicare. μ) *CDEFGHLPQ* quem. ν) *CDEFGP* de eo quod .... iustitiae observatio. ξ) *R* iustitiae observatio. ο) *BEPQ add.* Incipit textus (*EP* regulae, *Q* eiusdem); *FIK* Incipit regula Benedicti abbatis.

vel abbate. Deinde secundum genus est anachoritarum, id est eremitarum horum qui non conversationis[α] fervore novitio sed monasterii probatione diuturna, qui[β] didicerunt[γ] contra diabolum multorum solatio iam docti pugnare et bene exstructi,[δ] fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi securi iam sine consolatione alterius sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum Deo auxiliante sufficiunt pugnare.

Tertium vero monachorum teterrimum[ε] genus est sarabaitarum qui nulla regula approbati, experientia magistra[ζ], sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti adhuc operibus servantes[η] saeculo fidem[ϑ] mentiri Deo per tonsuram noscuntur; qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore non dominicis sed suis inclusi ovilibus — pro lege eis est desideriorum voluptas, cum quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere. Quartum vero genus est monachorum quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua[ι] per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur semper vagi et numquam stabiles et propriis voluntatibus[κ] et gulae illecebris servientes et per omnia deteriores sarabaitis; de quorum omnium horum[λ] miserrima conversatione melius est silere quam loqui.

His ergo omissis ad coenobitarum fortissimum genus disponendum adiuvante Domino veniamus.

II. QUALIS DEBEAT[μ] ESSE ABBAS.[ν]

Abbas qui praeesse dignus est monasterio, semper meminere debet quod dicitur, et nomen majoris factis

α) *CDFGIL* conversionis. β) *COPQ om.* qui [D?] γ) *O* didicerint. δ) *CDEFGHIKLPQR* instructi. ε) *DR* deterrimum. ζ) *FGIR* magistri. η) *EQR* servientes *(P sic corr.).* ϑ) *R* fide *(in P* -m *eras.).* ι) *IKLOPQR* totam vitam suam. [D.] κ) *DFGHIK (L 1a m.)* voluptatibus. λ) *DFHQ om.* horum *(in GO eras. in L 2a m. add.).* μ) *C* debet. ν) *BCDI* abbas esse.

implere. Christi enim agere vices[α] in monasterio[β] creditur,[γ] quando ipsius vocatur pronomine[δ] dicente apostolo: »Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba, pater.«

Ideoque abbas nihil extra praeceptum Domini, quod absit,[ε] debet[ζ] aut docere aut constituere vel iubere; sed iussio eius vel doctrina fermentum[η] divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspergatur, memor[ϑ] semper abbas, quia doctrinae suae vel discipulorum obedientiae — utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque abbas culpae pastoris incumbere quidquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. Tantumdem[ι] iterum erit, ut, si inquieto vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, et morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita, pastor eorum[κ] in iudicio Domini absolutus dicat cum propheta Domino: »Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi; ipsi autem contemnentes spreverunt me«, et tunc demum inobedientibus curae suae ovibus poena sit eis praevalens ipsa mors.

Ergo cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis praeesse discipulis (id est omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat,) et[λ] capacibus discipulis mandata Domini verbis proponere, duris corde vero[μ] et simplicioribus factis suis divina praecepta monstrare. Omnia vero quae discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda, ne aliis praedicans ipse reprobus

---

α) *A* vices in monasterio agere. β) *CP* in monasterio vices agere. γ) *CEGIP* creditur in monasterio. δ) *BDGHIKLQ* praenomine; *F* nomine. ε) *AB* quod sit. ζ) *LOQ* debeat. η) *OQ* fermento. ϑ) *FHKQR (GP 2a m.) add.* sit. ι) *OQR* tantum *(in P* -dem *eras.).* [D.] - *In OP sup. lin.* liber *insertum est, quod in DFIK in textu legitur, in E eius loco* securus. κ) *EFQR* earum. λ) *BO* ut; *DEFGHIKL* ut . . . . proponat . . . monstret. μ) *FHOPQ* duris vero corde.

inveniatur, ne quando illi dicat Deus peccanti: »Quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te;« et: »Qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.«

Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non unus plus ametur quam alius, nisi quem in bonis actibus aut obedientia invenerit meliorem; non convertenti ex servitio praeponatur ingenuus,[α] nisi alia rationabilis causa exsistat; (quod si ita iustitia dictante abbati visum fuerit, et de cuiuslibet ordine id faciet[β]; sin alias, propria teneant loca;) quia sive servus sive liber, omnes in Christo unum sumus et sub uno Domino aequalem servitutis militiam baiulamus, quia non est apud Deum[γ] personarum acceptio; solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores ab[δ] aliis in operibus bonis et humiles[ε] inveniamur. Ergo aequalis sit ab eo omnibus caritas, una praebeatur in omnibus secundum merita disciplina.[ζ]

In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam semper formam servare in qua dicit: »Argue, obsecra, increpa«: id est miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum; id est indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, obedientes autem et mites et patientes ut in melius proficiant, obsecrare; negligentes et contemnentes ut increpet[η] et corripiat admonemus. Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut coeperint oriri, radicitus ea ut praevalet amputet, memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intelligibiles animos prima vel secunda

---

α) *DEHILOQR* non praeponatur ingenuus ex servitio convertenti. [D.] β) *DFGHIQ (COP 2a m.)* faciat. γ) *OP* apud Dominum. δ) *CDFHIQ om.* ab. ε) *AC* humiliores. ζ) *OQR (B?)* disciplinae. η) *AB* ut increpat.

admonitione verbis corripiat, improbos autem et duros àc superbos vel inobedientes verberum vel corporis castigatione[α] in ipso initio peccati coerceat sciens scriptum: »Stultus verbis non corrigitur,« et iterum: »Percute filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte.«

Meminere debet semper abbas quod est, meminere quod dicitur,[β] et scire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quam difficilem et arduam rem suscipit,[γ] regere animas et multorum servire moribus, et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus; et secundum uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam ita se omnibus conformet et aptet, ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiatur, verum[δ] in augmentatione boni gregis gaudeat.

Ante omnia ne dissimulans aut parvipendens salutem animarum sibi commissarum plus[ε] gerat sollicitudinem de rebus transitoriis et terrenis atque caducis, sed semper cogitet, quia animas suscepit[ζ] regendas, de quibus et[η] rationem redditurus est. Et ne causetur de minore forte substantia, meminerit scriptum: »Primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis,« et iterum: »Nihil deest timentibus eum.« Sciatque, quia qui suscipit[ϑ] animas regendas, paret[ι] se ad rationem reddendam; et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit[κ] numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicii ipsarum omnium animarum est redditurus Domino rationem, sine dubio addita et suae animae. Et ita timens semper futuram

---

α) *AB* castigatio. β) *AEP om.* quod est meminere; *C 2a m.* meminere quod dicitur; *P 2a m.* quod dicitur. γ) *DFGHPR (A 2a m.)* suscepit; *Q* suscepisse. δ) *HIPQR (O 2a m.)* verum etiam. [D.] ε) *EFIR (AL 2a m.)* non plus; *P (C 2a m., L 1a m.)* ne plus. ζ) *O (A 1a m.)* suscipit. η) *OR om.* et. ϑ) *HPQR* suscepit. [D?]. ι) *DFGIKLP* praeparet; *R* parit. κ) *A* scierit se habere; *PR* se scierit habere; *O* sciet; *Q* scit.

discussionem pastoris[α] de creditis ovibus, cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus; et cum de monitionibus[β] suis emendationem aliis subministrat, ipse efficitur[γ] a vitiis emendatus.

III. DE ADHIBENDIS AD CONSILIUM FRATRIBUS.

Quoties aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet abbas omnem congregationem et dicat ipse unde agitur. Et audiens consilium fratrum tractet apud se, et quod utilius iudicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari[δ] diximus, quia saepe iuniori Dominus revelat quod melius est.

Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione et[ε] non praesumant procaciter defendere quod eis visum fuerit, sed magis[ζ] in abbatis pendeat[η] arbitrio, ut quod salubrius esse iudicaverit, ei cuncti obediant. — Sed sicut discipulos[ϑ] convenit obedire magistro, ita et ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere.

In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam; nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem. Neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve[ι] aut foris monasterium[κ] contendere; quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat. — Ipse tamen abbas cum timore Dei et observatione regulae omnia faciat, sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem redditurum.

Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, sicut scriptum

---

α) *CDI* pastor *(in L -is eras.)*. β) *EFHKP* de admonitionibus. γ) *DEFQ* efficiatur. δ) *B* vocare. ε) *CDEFGHIKLR* ut. ζ) *ABIQR* et magis. η) *BCEQR* pendet; *O 1ª m.* pendat (*mut. in* pendeat); *A 1ª m.* pendeat (*mut. in* pendat). ϑ) *DGHLOQ* discipulis. ι) *DFGHIKL add.* intus; *QR* infra. κ) *DHIQ* monasterio.

est: »Omnia fac cum consilio, et post factum non poeniteberis.« α

IV. QUAE SUNT β INSTRUMENTA BONORUM OPERUM.

In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tamquam se ipsum.

Deinde non occidere; non adulterare γ; non facere furtum; non concupiscere; non falsum testimonium dicere; honorare omnes homines, et quod sibi quis fieri non vult, alio ne faciat. Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum; corpus castigare (delicias non amplecti); ieiunium amare. Pauperes recreare; nudum vestire; infirmum visitare; mortuum sepelire; in tribulatione subvenire; dolentem consolari.

Saeculi δ actibus se facere alienum. Nihil amori Christi praeponere. Iram non perficere; iracundiae tempus non reservare ε; dolum in corde non tenere; pacem falsam non dare; caritatem non derelinquere. Non iurare, ζ ne forte periuret η; veritatem ex corde et ore proferre. Malum pro malo non reddere; iniuriam non facere, sed et factam ϑ patienter sufferre; inimicos diligere; maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere; persecutionem pro iustitia sustinere. — Non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuriosum, non detractorem. — Spem suam Deo committere; bonum aliquid ι in se cum viderit, Deo applicet, non sibi; malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet. Diem iudicii timere; gehennam expavescere; vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare; mortem quotidie

---

α) *CDFGHIK* poenitebis. β) *CDFGH* sint. γ) *ABEI* adulterari. δ) *B* saeculari; *C* a saecularibus; *DFGHIKL* a saeculi. ε) *BR* servare. ζ) *HQ* non iurare omnino. η) *OR* perierit (*in O mut. in* periuraverit); *IQ* periures *(L sic corr.)*. ϑ) *BDIP* factas; *R* facta. ι) *EO* aliquod *(FG sic corr.)*.

ante oculos suspectam habere. Actus vitae suae omni hora custodire; in omni loco Deum se respicere pro certo scire; cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere et seniori spiritali patefacere. Os suum a malo vel pravo eloquio custodire; multum loqui non amare; verba vana aut risui apta non loqui; risum multum aut excussum non amare. Lectiones sanctas libenter audire; orationi frequenter incumbere; mala sua praeterita cum lacrimis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri; de ipsis malis de cetero emendare.

Desideria carnis non efficere[α]; voluntatem propriam odire; praeceptis[β] abbatis in omnibus obedire, etiamsi ipse aliter, quod absit, agat, memores illud dominicum praeceptum: »Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite.« Non velle dici sanctum, antequam sit, sed prius esse, quod verius dicatur; praecepta Dei factis quotidie adimplere; castitatem amare; nullum odire; zelum non habere; invidiam non exercere[γ]; contentionem non amare; elationem fugere; et seniores venerare[δ]; iuniores diligere; in Christi amore[ε] pro inimicis orare; cum discordante[ζ] ante solis occasum in pacem[η] redire. — Et de Dei misericordia numquam desperare.

Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis; quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reconsignata, illa merces nobis a Domino recompensabitur quam ipse promisit: »Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit,[ϑ] quae praeparavit Deus his qui diligunt eum«.[ι] Officina vero ubi haec

---

α) *CDFGHIKLPQ* perficere. β) *B (A 1a m.)* praecepta. γ) *FGHLOQR* zelum et invidiam non habere [D.] δ) *DEFGHIKOP* venerari. ε) *BCOP* iuniores diligere in Christi amore. ζ) *CDFGHIKLP* cum discordantibus. η) *CFKR* in pace. ϑ) *ABE om.* nec in cor hominis ascendit. ι) *ABE* illum; *P* Deus diligentibus se.

omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterii et stabilitas in congregatione.

V. DE OBEDIENTIA.

Primus humilitatis gradus est obedientia sine mora. Haec convenit his qui nihil sibi a[α] Christo carius aliquid existimant. Propter servitium sanctum quod professi sunt, seu propter metum gehennae vel gloriam vitae aeternae, mox ut[β] aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciant[γ] in faciendo. De quibus Dominus dicit: »Obauditu auris obedivit mihi;« et item[δ] dicit doctoribus: »Qui vos audit me audit.«

Ergo hi tales relinquentes statim quae sua sunt, et voluntatem propriam deserentes, mox exoccupatis manibus et quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiae pede iubentis vocem factis sequuntur, et veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera — in velocitate timoris Dei ambae res communiter citius explicantur.

Quibus ad vitam aeternam gradiendi amor incumbit, ideo angustam viam arripiunt (unde Dominus dicit: »Angusta via est quae ducit ad vitam«,) ut non suo arbitrio viventes vel desideriis suis et voluptatibus[ε] obedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio in coenobiis degentes abbatem sibi praeesse desiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam qua dicit: »Non veni facere voluntatem meam sed eius qui misit me.« — Sed haec ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo et dulcis hominibus, si quod iubetur, non trepide, non tarde, non tepide[ζ] aut cum murmurio vel cum[η] responso nolentis efficiatur: quia obe-

---

α) *DEFGIO om.* a. β) *CD om.* ut *(in BL* ut *2ª m. add.).* γ) *FGIK* nesciunt. δ) *AFR* iterum. ε) *IOQR* voluntatibus. [D.] ζ) *AK* non tepide non tarde non trepide *(P partim sic corr.).* η) *AE om.* cum.

dientia quae maioribus praebetur, Deo exhibetur; ipse enim dixit: »Qui vos audit me audit.« Et cum bono animo a discipulis praeberi oportet, quia »hilarem datorem diligit Deus;« nam cum malo animo si obedit discipulus, et non solum ore sed etiam[α] in corde si murmuraverit, etiamsi[β] impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo qui cor eius respicit murmurantem,[γ] et pro tali facto nullam consequitur gratiam, imo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

VI. DE TACITURNITATE.

Faciamus quod ait propheta: »Dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; posui ori meo custodiam, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis.« Hic ostendit propheta: si a bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet tacere,[δ] quanto magis a malis verbis propter poenam peccati debet cessari.[ε]

Ergo quamvis de bonis et sanctis et[ζ] aedificationum eloquiis perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia, quia scriptum est: »In multiloquio non effugies peccatum«; et alibi: »Mors et vita in manibus linguae.« — Nam[η] loqui et docere magistrum condecet, tacere et audire discipulum[ϑ] convenit. Et ideo si qua requirenda sunt a priore, cum omni humilitate et subiectione reverentiae[ι] requirantur.[κ] — Scurrilitates vero vel verba otiosa et risum moventia aeterna clausura in

---

α) *CDFIP* verum etiam. β) *DFGHIK* (*L 1ª m.*) etsi. γ) *DEFGHIKL* qui cor (*FL* eius) respicit murmurantis. δ) *DGHIOR* taceri. ε) *KP* (*L 1ª m.*) cessare. ζ) *FGO om.* et. η) *O* nam et. ϑ) *DFGHILQ* discipulo. ι) *OQR* cum summa reverentia. [D.] *A 1ª m.* reverentia; *CI om.* reverentiae, *in C sup. lin. 2ª m. (sum-)* -ma reverentia obedientiae; *H* et reverentia. κ) *OQ om.* requirantur. [D?] *EFGHKOPQR* (*CL 2ª m.*) *add.* ne videatur plus loqui quam expedit. [D.]

omnibus locis damnamus, et ad talia eloquia[α] discipulum aperire os non permittimus.

VII. DE HUMILITATE.

Clamat nobis Scriptura divina, fratres, dicens: »Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.« Cum haec ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiae; quod se cavere propheta indicat dicens: »Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me. Sed quid,[β] si non humiliter sentiebam, si[γ] exaltavi animam meam? Sicut ablactatum[δ] super matrem suam, ita retribues[ε] in animam meam.«

Unde, fratres, si summae humilitatis volumus culmen attingere et ad exaltationem illam coelestem ad quam per praesentis vitae humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire, actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est quae in somnio[ζ] Jacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intelligitur nisi exaltatione descendere et humilitate ascendere. — Scala vero ipsa erecta nostra est vita in saeculo quae humiliato corde a Domino erigatur[η] ad coelum; latera enim[ϑ] eius scalae dicimus nostrum esse corpus et animam; in qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinae evocatio divina ascendendos inseruit.

Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens oblivionem omnino fugiat,

---

α) *CDEGHK (L 1ª m.)* tale eloquium. β) *QR om.* sed quid. γ) *CDEFGHOQR* sed. δ) *CKOQ* ablactatus. ε) *ABE* retribuis; *DGQ (P 2ª m.)* retributio. ζ) *CEGHPR* in somno *(L sic corr.)*; *Q* somnum. η) *ADFGHIKLP* erigitur. ϑ) *E* latera vero.

et semper sit memor omnia[α] quae praecepit Deus, ut[β] qualiter[γ] contemnentes Deum gehenna[δ] de peccatis incendat,[ε] et vitam aeternam quae timentibus Deum praeparata est, animo suo semper evolvat.[ζ]

Et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis id est cogitationum, linguae, oculorum,[η] manuum, pedum vel voluntatis propriae — sed et desideria carnis,[ϑ] aestimet se homo de coelis a Deo semper respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu Divinitatis videri et ab angelis[ι] omni hora renuntiari, demonstrans[κ] nobis hoc propheta cum in cogitationibus nostris ita Deum semper praesentem ostendit dicens: »Scrutans corda et renes Deus;« et item[λ]: »Dominus novit cogitationes hominum«; et item[μ] dicit: »Intellexisti cogitationes meas a longe«; et: »Quia cogitatio hominis confitebitur tibi.« — Nam ut sollicitus sit circa cogitationes suas perversas, dicat semper utilis frater in corde suo: Tunc ero immaculatus coram eo, si observavero me ab iniquitate mea.

Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis: »Et a voluntatibus tuis avertere[ν];« et item rogamus Deum in oratione, ut fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem, cum cavemus illud quod dicit sancta[ξ] Scriptura: »Sunt viae quae videntur[ο] ab[π] hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit«; et cum item

---

α) *CDEFGHIKLQ* omnium *(P sic corr.)*. β) *CDEFGHIKR om.* ut. γ) *ABE* qualiter et. δ) *CO* gehennam; *DEFGHIKLQR* in gehennam; *P* in gehenna. [D.] ε) *A* incidat *(P sic corr.)*; *C* incedant; *DEFGHIK* incidunt; *OQR* incedunt. [D.] ζ) *DFGOQR* revolvat. [D?] η) *AB om.* oculorum. ϑ) *DEFGHILOP add.* amputare festinet *(in R delet.)*. [D?] ι) *GHLPQ (rec. man. BC)* angelis Deo. κ) *DEFGHIKLQ* demonstrat. λ) *GOQR* et iterum. [D.] μ) *OQR* et iterum. [D.] ν) *FIKOQR* averte. [D.] ξ) *AB om.* sancta *(in L sup. lin.)*. ο) *DGIKLOR* putantur. π) *O om.* ab.

pavemus[α] illud quod de negligentibus dictum est: »Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluptatibus[β] suis.«

In desideriis vero carnis ita nobis Deum credamus semper esse praesentem, cum dicit propheta Domino[γ]: »Ante te est omne desiderium meum.« Cavendum ergo[δ] ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis posita est, unde Scriptura praecipit[ε] dicens: »Post concupiscentias tuas non eas.«

Ergo si »oculi Domini speculantur bonos et malos,« et Dominus de coelo semper respicit[ζ] super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum, et si ab angelis nobis[η] deputatis quotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera[ϑ] nuntiantur — cavendum est ergo omni hora, fratres, sicut dicit in psalmo propheta, ne nos declinantes in malo[ι] et inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est et exspectat nos converti in melius — ne[κ] dicat nobis in futuro: »Haec fecisti, et tacui.«

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem desideria sua non delectetur implere sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: »Non veni facere voluntatem meam sed eius qui me misit.« Item dicit Scriptura: »Voluptas[λ] habet poenam, et necessitas parit coronam.«

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori imitans Dominum[μ] de quo dicit apostolus: »Factus obediens[ν] usque ad mortem.«

α) *DEFGHIKLOPQ* cavemus. β) *AFHIKLOQR* voluntatibus. [D.] γ) *CEQ (L?)* Domine. δ) *FR (A 2ª m.)* est ergo; *EHIK* ergo est. ε) *CEPQR (B 2ª, D 1ª m.)* praecepit. ζ) *A* respexit. η) *A om.* nobis. ϑ) *DEFGHIKLOPQR* factori nostro opera nostra. [D?] ι) *CDEFGHIKLP* in malum. κ) *HKP om.* ne. λ) *GIOQR (L 1ª m.)* voluntas. [D.] μ) *O (C 1ª m.)* Deum. ν) *OR (C 2ª m.) add.* Patri *(in R delet.).*

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa obedientia duris et contrariis rebus vel etiam quibuslibet irrogatis iniuriis tacita conscientia patientiam amplectatur[α] et[β] sustinens non lassescat vel discedat dicente Scriptura: »Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit«; item: »Confortetur cor tuum, et sustine Dominum«. Et ostendens fidelem pro Domino universa etiam[γ] contraria sustinere debere dicit ex persona sufferentium: »Propter te morte afficimur tota die, aestimati sumus ut oves[δ] occisionis (et securi de spe retributionis divinae subsequuntur gaudentes et dicentes: »Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos«); et item alio loco Scriptura[ε]: »Probasti nos,[ζ] Deus, igne nos examinasti, sicut igne[η] examinatur argentum; induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro;« et ut ostendat sub priore debere nos esse[ϑ], subsequitur dicens: »Imposuisti homines super capita nostra.« Sed et: praeceptum Domini in adversis et iniuriis per patientiam adimplentes qui percussi in maxillam[ι] praebent et aliam, auferenti tunicam dimittunt et pallium, angariati[κ] milliario[λ] vadunt duo,[μ] cum Paulo apostolo falsos fratres sustinent[ν] et persecutionem sustinent[ξ] et maledicentes se benedicent.[ο]

Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes vel mala a se absconse commissa per humilem confessionem abbati[π] non celaverit

---

α) *BIOQ (R 1a m.?)* tacite conscientiam amplectatur; [D.] *L om.* patientiam. β) *O om.* et. γ) *O om.* etiam. δ) *AP* ovis. ε) *LOR add.* dicit; *G* dixit. ζ) *DEGHIKLQ (ACP 2a m.)* nos, inquit. η) *DE om.* igne *(in GR eras.).* ϑ) *ACP* nos esse debere. ι) *B* in maxilla. κ) *O (C 2a m.)* angarizati; *DGI* angarianti; *R* angarizanti. λ) *DE (L 1a m)* milliarium; *H* mille passus. μ) *DEFGHIKLOQR* et duo. [D?] ν) *ABP om.* et persecutionem sustinent. ξ) *GQR om.* sustinent. ο) *DEFGHIKLQR* benedicunt. π) *BE* abbatem.

suo,[α] hortans nos de hac re Scriptura dicens: »Revela ad Dominum[β] viam tuam et spera in eum;« et item dicit: »Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius;« et item propheta: »Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitias meas non operui[γ]; dixi: pronuntiabo adversum me iniustitias meas Domino; et tu remisisti impietatem cordis mei.«

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus et ad omnia quae sibi iniunguntur, velut operarium malum se iudicet et indignum dicens sibi cum propheta: »Ad nihilum redactus sum et nescivi; ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.«

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiet sed etiam intimo cordis credat affectu humilians se et dicens cum propheta: »Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.« »Exaltatus sum et humiliatus et confusus[δ];« et item: »Bonum mihi quod[ε] humiliasti me, ut discam mandata tua.«

Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus et taciturnitatem habens usque ad interrogationem non loquatur monstrante Scriptura, quia »in multiloquio non effugitur[ζ] peccatum«, et quia »vir linguosus non dirigitur[η] super terram.«

α) *ABE* suum. β) *CDEFGHIKPQR* Domino. γ) *Q* abscondi. δ) *FOQ* exaltatus autem (*F om.* autem) humiliatus sum et confusus; *R* exaltatus sum et humiliatus . . . et confusus. [D.] ε) *A* quia. ζ) *ACFGHIL (P 2a m.)* effugietur. η) *DFGHIK* dirigetur.

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promptus in risu,[α] quia scriptum est: »Stultus in risu[β] exaltat vocem suam.«

Undecimus humilitatis gradus est, si,[γ] cum loquitur monachus, leniter et sine risu, humiliter cum gravitate vel pauca verba et rationabilia loquatur et non sit clamosus in voce,[δ] sicut scriptum est: »Sapiens verbis[ε] innotescit paucis.«

Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus sed etiam ipso corpore[ζ] humilitatem videntibus se[η] semper indicet, id est: in opere Dei,[ϑ] in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro vel ubicumque sedens, ambulans vel stans inclinato sit semper capite defixis in terram aspectibus. Reum se omni hora de peccatis suis existimans[ι] iam se tremendo iudicio[κ] repraesentari aestimet dicens sibi in corde semper illud quod publicanus ille evangelicus fixis in terram oculis dixit: »Domine non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad coelos[λ];« et item cum propheta: »Incurvatus sum et humiliatus sum usque quaque.«

Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam[μ] quae perfecta[ν] foras[ξ] mittit timorem, per quam universa quae prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire non iam timore gehennae sed amore Christi et consuetudine ipsa bona et[ο] delectatione virtutum. Quae Dominus iam in[π] operarium

---

α) *EO* risum. β) *BO* risum. γ) *OQ om.* si. δ) *OQ* in vocem. ε) *O* in verbis (*in BC* in *eras.*). ζ) *DF* non solum corpore ... sed etiam corde. η) *Q om.* se. ϑ) *CFGHIOQ (R 1ª m) om.* Dei *(in L eras.).* [D.] ι) *BKR* aestimans. κ) *CDEFGHIKLP add.* Dei. λ) *CDFGIKLQR (B 1ª m.?)* ad coelum. μ) *O* illa. ν) *B (P 1ª m.)* perfectam. ξ) *BEHIO* foris. ο) *A om.* et. π) *DG om.* in. *(in B. sup. lin. 1ª m.?).*

suum mundum[α] a vitiis et peccatis Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

VIII. DE OFFICIIS DIVINIS IN NOCTIBUS.

Hiemis tempore, id est a kalendis novembris usque in pascha, iuxta considerationem rationis octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius dimidia nocte pausetur et iam digesti surgant. — Quod vero restat post vigilias, a fratribus qui psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi[β] inserviatur.[γ]

A pascha autem usque ad supradictas kalendas[δ] novembris sic temperetur hora vigiliarum[ε] agenda: parvissimo intervallo quo fratres ad necessaria naturae exeant,[ζ] mox matutini qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

IX. QUANTI PSALMI DICENDI SUNT NOCTURNIS HORIS.

Hiemis tempore suprascripto[η] in primis versus, tertio dicendum[ϑ]: »Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam«, cui subiungendus est tertius psalmus et »Gloria«, post hunc psalmus nonagesimus quartus[ι] cum antiphona aut certe decantandus[κ]; inde sequatur ambrosianus, deinde sex psalmi cum antiphonis.[λ] Quibus dictis, dicto versu benedicat abbas; et sedentibus omnibus in scamnis legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones, inter quas et[μ] tria responsoria can-

---

α) *FHPQ* in operario suo mundo (*H* mundum); *B* mundo. β) *OQR* meditatione. [D.] γ) *Q* serviatur. δ) *AB om.* kalendas. ε) *PR* (*A 1a m.*) ut vigiliarum. ζ) *CDEFGHIKL* ut parvissimo ..... exeant custodito. η) *EQ om.* suprascripto; *O* sancto; *DEFGHIL* praemisso in primis versu: »Deus in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina«, in secundo tertio dicendum est. ϑ) *OR* in secundum (*R* in secundo) dicendum; *Q om.* in secundo *et* tertio. ι) *DILOQR add.* Venite exultemus Domino. [D.] κ) *CK* decantando. λ) *AB* cum antiphonas. μ) *FGHIKLQ om.* et.

tentur.[α] Duo responsoria sine »Gloria« dicantur[β], post tertiam vero lectionem qui cantat dicat »Gloriam«, quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilia sua[γ] surgant ob honorem et reverentiam sanctae Trinitatis. — Codices autem legantur in vigiliis divinae auctoritatis tam veteris testamenti quam novi,[δ] sed et expositiones earum quae a nominatis et orthodoxis catholicis patribus[ε] factae sunt. — Post has vero tres lectiones cum responsoria sua[ζ] sequantur reliqui sex[η] psalmi cum »Alleluia« canendi; post hos lectio Apostoli sequatur ex corde recitanda et versus et supplicatio litaniae, id est »Kyrie eleison«, et sic finiantur vigiliae nocturnae.

X. QUALITER AESTATIS TEMPORE AGATUR NOCTURNA LAUS.

A pascha autem usque ad kalendas novembris omnis ut supra dictum est psalmodiae quantitas teneatur, excepto quod lectiones in codice propter brevitatem noctium minime legantur, sed pro ipsis tribus lectionibus una de veteri testamento memoriter dicatur[ϑ] quam brevis responsorius[ι] subsequatur; et reliqua omnia ut dictum est impleantur: id est ut numquam minus a duodecim psalmorum quantitate ad vigilias nocturnas[κ] dicantur exceptis tertio et nonagesimo quarto psalmo.

α) *OQR om.* cantentur; [D.] *FGHK* canantur β) *FIOQR om.* duo responsoria sine »Gloria« dicantur. [D.] γ) *Sic ABCOR.* δ) *ILOQR* tam veteris testamenti quam novi divinae auctoritatis. [D.] ε) *OQR* a nominatis doctorum orthodoxis catholicis patribus; [D.] *DEFGK* a nominatissimis doctorum (*FK om.* doctorum) et (*D om.* et) orthodoxis catholicisque (*EG om.* -que) patribus; *HIL* a nominatis doctoribus (*L habet rasuram 8 cc. litt.*) orthodoxis et catholicis patribus. ζ) *Sic ABCOPR.* η) *OQ om.* sex. [D?] ϑ) *OQ* memoria legatur; *ER* memoriae dicatur. ι) *Sic ABPQR.* κ) *O* nocti; *Q* noctis.

XI. QUALITER DOMINICIS DIEBUS VIGILIAE AGANTUR.

Dominico die[α] temperius surgatur ad vigilias. In quibus vigiliis teneatur mensura, id est modulatis, ut supra disposuimus,[β] sex psalmis et versu, residentibus[γ] cunctis disposite[δ] et per ordinem in subselliis legantur in codice, ut supra diximus, quatuor lectiones cum responsoriis suis, ubi tantum in quarto responsorio dicatur a cantante »Gloria«; quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant. — Post quibus lectionibus[ε] sequantur ex ordine alii sex[ζ] psalmi cum antiphonas[η] sicut anteriores et versus. Post quibus[ϑ] iterum legantur aliae quatuor lectiones cum responsoriis suis ordine quo supra.[ι] — Post quibus dicantur tria cantica de prophetarum quas instituerit abbas; quae cantica cum »Alleluia« psallantur. Dicto etiam versu et benedicente abbate legantur aliae quatuor lectiones de novo testamento ordine quo supra. — Post quartum autem responsorium incipiat abbas hymnum »Te Deum laudamus«; quo perdicto legat abbas lectionem de Evangelio cum honore et timore[κ] stantibus omnibus; qua perlecta respondeant omnes »Amen«, et subsequatur mox abbas hymnum »Te decet laus«, et data benedictione incipiant matutinos.

Qui ordo vigiliarum omni tempore tam aestatis quam hiemis aequaliter in die dominico teneatur, ni, si forte, quod absit, tardius surgant,[λ] aliquid[μ] de lectionibus breviandum est aut responsoriis. Quod tamen omnino caveatur ne proveniat; quod si contigerit, digne inde satisfaciat Deo in oratorio per cuius evenerit neglectum.[ν]

α) *OQR* dominicis diebus. [D.] β) *D* exposuimus. γ) *D* sedentibus. δ) *Q* dispositi. ε) *Sic ABCOPQR.* ζ) *O om.* sex. η) *Sic ABCO* ϑ) *Sic ABEOPR.* ι) *OQR om.* Post quibus iterum *usque ad* ordine quo supra. [D.] κ) *DKLOQR* tremore. [D.] λ) *FGK* surgatur. μ) *D* et aliquid. ν) *R* negligentia.

XII. QUOMODO[α] MATUTINORUM SOLEMNITAS AGATUR.

In matutinis dominico die[β] inprimis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antiphona in directum; post quem dicatur quinquagesimus cum »Alleluia«; post quem dicatur centesimus decimus septimus et sexagesimus secundus, inde Benedictiones et Laudes, lectio[γ] de Apocalypsi una ex corde et responsorium, ambrosianus, versus, canticum de Evangelio, litania, et completum est.

XIII. PRIVATIS DIEBUS QUALITER AGANTUR MATUTINI.[δ]

Diebus autem privatis matutinorum solemnitas ita agatur: id est ut[ε] sexagesimus sextus[ζ] psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice sicut dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur. Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem, id est secunda feria quintus et trigesimus quintus; tertia feria quadragesimus secundus et quinquagesimus sextus; quarta feria sexagesimus tertius et sexagesimus quartus; quinta feria octogesimus septimus et octogesimus nonus; sexta feria septuagesimus quintus et nonagesimus primus; sabbato autem centesimus quadragesimus secundus et canticum Deuteronomii[η] quod[ϑ] dividatur in duas »Glorias«. Nam ceteris diebus canticum unumquodque[ι] die suo ex prophetis, sicut psallit[κ] Ecclesia romana, dicantur.[λ] Post haec sequantur Laudes, deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda, responsorium, ambrosianus, versus, canticum de Evangelio, litania, et completum est.

α) *EFIKOR* qualiter. [D?] β) *OQ* dominicis diebus. [D?] γ) *AQ* lectione; *BR* lectiones; *CP* lectionem. δ) *FGHQ* matutini agantur; *CD* qualiter matutini agantur privatis diebus. ε) *DEIOQR om.* ut. [D.] ζ) *OQ* sexagesimus secundus. η) *ABCIP* Deuteronomium *R* Deuteronomici. ϑ) *BCOPQ* qui. ι) *ABCOPQR* unumquemque. κ) *AIP* psallat. λ) *BDEFGHK* dicatur.

Plane agenda matutina vel vespertina[α] non transeat aliquando, nisi in ultimo per ordinem[β] oratio dominica omnibus audientibus dicatur a priore propter scandalorum spinas quae oriri solent, ut conventi[γ] per ipsius orationis sponsionem qua dicunt: »Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus«, purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero agendis ultima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur[δ]: »Sed libera nos a malo.«

XIV. IN NATALITIIS SANCTORUM QUALITER AGANTUR VIGILIAE.[ε]

In sanctorum vero festivitatibus vel omnibus solemnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur; excepto quod psalmi aut antiphonae vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicantur, modus autem suprascriptus teneatur.

XV. »ALLELUIA« QUIBUS TEMPORIBUS DICATUR.

A sancto pascha usque[ζ] pentecosten sine intermissione dicatur »Alleluia« tam in psalmis quam in responsoriis. A pentecosten autem usque[η] caput quadragesimae omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos[ϑ] dicatur; omni vero dominica extra quadragesima[ι] cantica, matutini[κ], prima, tertia, sexta nonaque cum »Alleluia« dicatur[λ], vespera vero iam[μ] antiphona; responsoria

---

α) *OQ* vespera. β) *DEFGHIL* in ultimo ordine; *O* in ultimo or . . . e; *Q* in ultimum oratione omnibus; *R* in ultimo et ordine oratio. γ) *AF* conversi; *BGQR* converti; *E* convenienti. δ) *Q om.* ut ab omnibus respondeatur. ε) *C* Qualiter agantur vigiliae in natalitiis sanctorum; *EFG* Qualiter in sanctorum natalitiis vigiliae agantur. ζ) *Sic ABEKO.* η) *FGHLOQR* usque in. [D.] ϑ) *CO* nocturnas *(P sic corr.).* ι) *Sic ABCEP; O* quadragesimum. κ) *ABCP* matutinos; *O* a matutinis: *R* matutinas. λ) *DEFGHKLOQ* dicantur. μ) *FGH om.* iam; *BDEK* iam cum *(L sic corr.).*

vero numquam dicantur cum »Alleluia« nisi a pascha usque[α] pentecosten.

XVI. QUALITER DIVINA OPERA PER DIEM AGANTUR.

Ut ait propheta: »Septies in die laudem dixi tibi.« Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si matutino, primae, tertiae, sextae, nonae, vesperae completoriique tempore nostrae servitutis officia persolvamus, quia de his diurnis[β] horis dixit: »Septies in die laudem dixi tibi;« nam de nocturnis vigiliis idem ipse propheta ait: »Media nocte surgebam ad confitendum tibi.« Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super iudicia iustitiae suae, id est matutinis, prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorio; et[γ] nocte surgamus ad confitendum ei.

XVII. QUOT[δ] PSALMI PER EASDEM HORAS CANENDI[ε] SUNT.

Jam de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus horis videamus. Prima hora dicantur psalmi tres singillatim et[ζ] non[η] sub una »Gloria«, hymnus[ϑ] eiusdem[ι] horae post versum: »Deus in adiutorium meum[κ]«, antequam psalmi incipiantur. Post expletionem vero[λ] trium psalmorum recitetur lectio una, versus et »Kyrie eleison« et missae.[μ] — Tertia, sexta et nona item[ν] eo ordine celebretur: oratio (id est versus[ξ],)

α) *Sic ABCK.* β) *DFGHIOQR om.* diurnis. [D.] γ) *O om.* et. δ) *DEFGHILP* Quanti. ε) *DEFGHK (L 1a m)* dicendi; *I* psallendi; *OQ* cantandi. ζ) *P (C 1a m.) om.* et. η) *EQ om.* non. ϑ) *BCEPR* hymnum. ι) *O (D 1a m.)* eius. κ) *BE om.* meum; *FGHIKLOR add.* intende. λ) *EFOQR om.* vero. [D.] μ) *ACDEOPQR (L 1a m.)* missas; *BK (L 2a m.)* missae; *GHI* missae sint; *F* missa est. ν) *FIK om.* item. ξ) *ABCEP* versu; *OR* versum.

hymni[α] earundem horarum, terni psalmi[β], lectio et versus, »Kyrie eleison«, et missae[γ] sunt.[δ] Si maior congregatio fuerit, cum antiphonas[ε], si vero minor, in directum psallantur. — Vespertina autem synaxis quatuor psalmis cum antiphonis terminetur, post quibus psalmis[ζ] lectio recitanda est, inde responsorium, ambrosianus, versus, canticum de Evangelio, litania et oratio[η] dominica, et[ϑ] fiant missae. — Completorium[ι] autem trium psalmorum dictione terminetur[κ]; qui psalmi directanei sine antiphona[λ] dicendi sunt; post quos hymnus eiusdem horae, lectio una[μ], versus, »Kyrie eleison«, et[ν] benedictione[ξ] missae fiant.

XVIII. QUO ORDINE IPSI[ο] PSALMI DICENDI SUNT.

Dicatur[π] versus: »Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina«, »Gloria«[ρ]; inde hymnus uniuscuiusque horae. Deinde prima hora dominica dicenda quatuor capitula psalmi centesimi octavi decimi; reliquis vero horis, id est tertia, sexta vel nona terna capitula suprascripti psalmi centesimi octavi decimi dicantur. — Ad primam autem secundae feriae dicantur tres psalmi, id est primus, secundus et sextus; et ita per singulos dies ad primam usque ad[σ] dominicam dicantur per ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum, ita sane, ut

---

α) *ABCP* hymnos; *O* hymnus. β) *ABCEOPR* ternos psalmos lectione (*E* lectio). γ) *AFP* missa; *CO* missas. δ) *GI* sint; *F* est; *KO om.* sunt. ε) *Sic ACOPR.* ζ) *Sic ABCOPR.* η) *ABOPR* oratione. ϑ) *BCP om.* et. ι) *AOPR* completorius; *B* completorios. κ) *AB* terminentur. λ) *DGH* sine antiphonis *(O sic corr.).* μ) *ABCP* lectionem unam; *OR* lectione una. ν) *DFGHIOQR om* et. [D.] ξ) *Sic ABP*; *R* benedictione et, *ceteri codd.* benedictio et missae fiant. [D.] ο) *DEIOPQ om.* ipsi. [D?] π) *Sic incip. ABC ubi rec. manu praemissum*: In primis semper diurnis horis, *quae verba in ceteris codd. incipiunt hoc caput.* [D.] ρ) *DEFGHKLQ* et »Gloria«; *(in* P et *eras.).* σ) *CP om.* ad.

nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos.[α] Et sic fit[β], ut ad vigilias dominica semper a vigesimo incipiatur.

Ad tertiam vero, sextam nonamque[γ] secundae feriae[δ] novem capitula quae residua sunt de centesimo octavo decimo psalmo, ipsa terna per easdem horas dicantur. Expenso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est dominico et secunda feria, tertia feria iam ad tertiam, sextam vel nonam psallantur terni psalmi, a centesimo nono decimo usque centesimum vigesimum septimum, id est[ε] psalmi novem; quique psalmi semper usque[ζ] dominicam[η] per easdem horas itidem repetantur (hymnorum nihilominus, lectionum vel[ϑ] versuum dispositione uniformi cunctis diebus servata[ι]) et ita scilicet semper dominica a centesimo octavo decimo incipietur.[κ]

Vespera[λ] autem quotidie quatuor psalmorum modulatione canatur. Qui psalmi incipiantur a centesimo nono; usque centesimum quadragesimum septimum exceptis his qui in diversis horis ex eis sequestrantur (id est a centesimo septimo decimo usque centesimum vigesimum septimum et centesimo trigesimo tertio et centesimo quadragesimo secundo,) reliqui omnes in vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi, ideo dividendi sunt qui[μ] ex numero[ν] suprascripto fortiores[ξ] inveniuntur, id est centesimus trigesimus octavus et centesimus quadragesimus tertius et centesimus quadragesimus quartus; centesimus vero

---

α) *FGILOQR* dividantur in binas »Glorias.« [D.] β) *EFGHIKOQR* fiat *(in L sup. ras.)*. [D.] γ) *DEFHKQ* et nonam; *L* et nonamque. δ) *A* secunda feria. ε) *DFIOR om.* id est. ζ) *DFGHKQR* usque ad; *I* ad. η) *ACO* dominica. ϑ) *DEP om.* vel; *A* adversum *(lin. delet.)*. ι) *BPR (O 1ª m?)* dispositionem uniformem ... servatam; *C (A 1ª m.)* uniformem; *F (O 1ª m.?)* uniformiter. κ) *Sic AO, BD sic corr.; ceteri codd.* incipiatur. λ) *AER* vespere. μ) *P (L 1ª m.)* quia. ν) *DFGHILOPQR* in numero. [D.] ξ) *O* potiores.

sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. — Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum reliqua, id est lectio[α], responsum[β], hymnus, versus[γ] vel canticum[δ] sicut supra taxavimus impleatur.

Ad completorium[ε] vero quotidie iidem psalmi repetantur[ζ], id est quartus, nonagesimus et centesimus trigesimus tertius.

Disposito ordine psalmodiae diurnae reliqui omnes psalmi qui supersunt[η] aequaliter dividantur in[ϑ] septem noctium vigilias[ι], partiendo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi, et[κ] duodecim per unamquamque constituens[λ] noctem. — Hoc praecipue commonentes, ut[μ] si cui forte haec distributio psalmorum displicuerit, ordinet, si melius aliter[ν] iudicaverit; dum omnimodis[ξ] id[ο] attendat[π], ut omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psallatur[ρ], et dominico die semper a caput[σ] reprendatur[τ] ad vigilias, quia nimis inertem[υ] devotionis suae servitium ostendunt monachi qui minus a[φ] psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanae circulum psallunt, dum quando legamus sanctos patres nostros uno die hoc[χ] strenue implesse quod nos tepidi[ψ] utinam septimana integra persolvamus.

α) *AB* lectione, *P* lectionem, *QR* lectionum, *O* lectio . . . ., *CDEFGHIKL* lectiones. β) *CDFGHIKL* responsoria. γ) *ABCPQR (O?)* hymnum versum (*A* versu); *DFGIK* hymni. δ) *DFGHIKL* cantica .... impleantur. ε) *ABCEP* completorios. ζ) *DFHILOQR* repetantur quotidie. [D.] η) *O* qui supra sunt. ϑ) *DFLOQ om.* in. ι) *DFL* vigiliis. κ) *A om.* et. λ) *Q* constituentes; *DEFGHIKLP* constituantur. μ) *DEIOQR om.* ut. [D.] ν) *C* aliud. ξ) *F* omnibus modis; *GHKL* dummodo omnimodis; *Q* dum omnino. ο) *OR om.* id. π) *DEFGHIKLOQR* attendatur. [D.] ρ) *AIR* psallantur; *C* canatur. σ) *Sic AOQ; B* ad caput. τ) *FGHKLOP* repetatur; *QR* reprehendatur. υ) *Sic ABCEOPQ; R* inerti .... servitio. φ) *DFGHILOQ om.* a. χ) *DILP om.* hoc. ψ) *OQ om.* quod nos tepidi; *R* implesse, nos vero ut una septimana. [D.]

XIX. DE DISCIPLINA PSALLENDI.

Ubique credimus divinam esse praesentiam, et »oculos Domini in omni loco[α] speculari bonos et malos«; maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad opus divinum assistimus. Ideo semper memores simus, quod ait propheta: »Servite Domino in timore«, et iterum: »Psallite sapienter«, et: »In conspectu angelorum psallam tibi.« — Ergo consideremus, qualiter oporteat in conspectu Divinitatis et angelorum eius esse; et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae.

XX. DE REVERENTIA ORATIONIS.

Si, cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate et reverentia, quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et puritatis devotione supplicandum est! Et non in multiloquio sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus. Et ideo brevis debet esse et pura oratio, nisi[β] forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur; in conventu tamen omnino brevietur oratio, et facto signo a priore omnes pariter surgant.

XXI. DE DECANIS MONASTERII.[γ]

Si maior fuerit congregatio, eligantur de ipsis fratres[δ] boni testimonii et sanctae conversationis et constituantur decani, qui sollicitudinem gerant super decanias suas[ε] in omnibus secundum mandata Dei et praecepta abbatis sui. Qui decani tales eligantur in quibus securus abbas partiat onera sua; et non eligantur per ordinem sed secundum vitae meritum et sapientiae doctrinam. Quique decani[ζ] —

α) *HILOQR om.* in omni loco. [D.] β) *O* si. γ) *A add.* qualis debeat (*E* quales debeant) esse. δ) *DILOPQR* fratribus. [D.] ε) *IOQR om.* suas. [D.] ζ) *CDFGIKL* Quod si quis (*K om.* quis; *DFGIL* quisque) ex eis aliqua (*K* aliquis) forte inflatus.

si ex eis aliqua forte quis inflatus superbia repertus fuerit reprehensibilis, correptus semel et iterum atque tertio si emendare noluerit, deiiciatur, et alter in loco eius qui dignus est subrogetur.[α] — Et de praeposito eadem constituimus.

XXII. QUOMODO DORMIANT MONACHI.

Singuli per singula lecta dormiant. Lectisternia pro modo conversationis secundum dispensationem[β] abbatis sui accipiant. Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant; sin[γ] autem multitudo non sinit, deni aut viceni cum senioribus qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat usque mane. Vestiti dormiant et cincti cingulis aut funibus, ut[δ] cultellos suos[ε] ad latus suum[ζ] non habeant, dum dormiunt, ne forte per somnum[η] vulnerent[ϑ] dormientem, et ut parati sint monachi semper, et facto signo absque mora surgentes festinent invicem se praevenire ad opus Dei — cum omni tamen gravitate et modestia. Adolescentiores fratres iuxta se non habeant lectos sed permixti cum senioribus. Surgentes vero ad opus Dei invicem se moderate cohortentur propter somnolentorum excusationes.

XXIII. DE EXCOMMUNICATIONE CULPARUM.[ι]

Si quis frater contumax aut inobediens aut superbus aut murmurans vel in aliquo contrarius exsistens[κ] sanctae regulae et praeceptis seniorum suorum contemptor repertus fuerit: hic secundum Domini nostri praeceptum admoneatur semel et secundo secrete[λ] a senioribus suis. Si non emen-

---

α) *FGKLOQR* succedat; [D.] *A* subrogetur qui dignus est. β) *CDFGHK* dispositionem. γ) *DFGIKLOQR* si. [D.] δ) *CDFGHIKLQ* et. ε) *CGHIKO om.* suos. ζ) *CDFGHL om.* suum; *O eorum.* η) *BFOQ* somnium. ϑ) *OR* vulneret; *CDEFGHKL* vulnerentur dormientes. ι) *L* culpatorum (*A sic corr.*). κ) *OQR* in aliquo contrario consistens. [D.] λ) *DEHILOQR* secreto. [D.]

daverit, obiurgentur publice coram omnibus. Si vero neque sic correxerit, si intelligit qualis poena sit, excommunicationi subiaceat; sin autem improbus est, vindictae corporali subdatur.

XXIV. QUALIS DEBET[α] ESSE MODUS EXCOMMUNICATIONIS.

Secundum modum culpae et[β] excommunicationis vel disciplinae debet extendi mensura[γ]; qui culparum modus in abbatis pendet[δ] iudicio.

Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, a mensae participatione privetur. Privati autem a mensae consortio ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut antiphonam non imponat neque lectionem recitet usque ad satisfactionem; refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat[ε] — ut, si verbi gratia fratres reficiunt sexta hora, ille frater[ζ] nona; si fratres nona, ille vespera, — usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

XXV. DE GRAVIORIBUS CULPIS.

Is autem frater qui gravioris culpae noxa tenetur[η], suspendatur a mensa simul et[ϑ] ab oratorio. Nullus ei fratrum in ullo iungatur consortio nec in colloquio: solus sit ad opus sibi iniunctum persistens in poenitentiae luctu sciens illam terribilem apostoli sententiam dicentis traditum eiusmodi[ι] hominem[κ] in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem[λ] Domini. Cibi autem refectionem[μ] solus percipiat mensura vel hora qua praeviderit abbas ei competere.

α) *DEFHLQ* debeat. β) *FGIOPR om.* et. γ) *AB* mensura debet extendi. δ) *DEFGIKP* pendeat; *O* pendat; *BHQR* pendit. ε) *C* percipiat. ζ) *OQR om.* frater. [D.] η) *EF* teneatur *(O sic corr.).* ϑ) *BEQ om.* et *(in AO rec. man. add.).* ι) *EFGHILQ* huiusmodi. κ) *EFGHKP add* satanae *(in L delet.).* λ) *CEFGHKPQ* in die *(I sic corr.).* μ) *O* perceptione; *LQR* perceptionem. [D.]

Nec[α] a quoquam benedicatur transeunte, nec cibum quod[β] ei datur.

XXVI. DE HIS QUI SINE IUSSIONE[γ] IUNGUNT SE[δ] EXCOMMUNICATIS.

Si quis frater praesumpserit sine iussione abbatis fratri excommunicato quolibet modo se iungere aut loqui cum eo vel mandatum ei dirigere, similem[ε] sortiatur excommunicationis vindictam.

XXVII. QUALITER DEBEAT ABBAS SOLLICITUS[ζ] ESSE CIRCA EXCOMMUNICATOS.[η]

Omni sollicitudine curam gerat abbas circa delinquentes fratres, quia »non est opus sanis medicus sed male habentibus.[ϑ]« Et ideo uti debet omni modo ut sapiens medicus: immittere[ι] sympaectas, id est seniores sapientes fratres qui quasi secrete consolentur fratrem fluctuantem et provocent[κ] ad humilitatis satisfactionem et consolentur eum, »ne abundantiori tristitia absorbeatur«, sed, sicut ait idem[λ] apostolus, »confirmetur in eo caritas«, et oretur pro eo ab omnibus.

Magnopere enim debet sollicitudinem gerere abbas et omni sagacitate et industria currere[μ], ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat. Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem; et metuat prophetae comminationem per quam[ν] dicit Deus: »Quod

---

α) *OQR* ne *(O* que *sup. lin.)*. [D.] β) *DEFGHIKLO* cibus qui (*O 1a m.* quod). γ) *EFGHIKL* iussione abbatis. δ) *EFGHILOR* iunguntur. ε) *C* similiter; *R* similis . . . . vindictae. ζ) *AHQ om.* sollicitus. η) *C* circa delinquentes fratres. ϑ) *R add.* humilietur . . . . in pace *ut cap. XXXIV.* ι) *EFGHKOQR add.* quasi occultos consolatores *(in LP delet., in CI sup. lin. addit.)*. [D.] κ) *DEFGHKLP add.* eum. λ) *BO* item ait. μ) *FGHKPQR* curare; *L* procurare. ν) *CDEFGHIKLR* per quem; *Q* pro quod.

crassum videbatis, assumebatis, et quod debile erat, proiiciebatis;« et pastoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus abiit unam ovem quae erraverat quaerere, cuius infirmitati in tantum compassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur imponere et sic reportare ad gregem.

XXVIII. DE HIS QUI SAEPIUS CORREPTI EMENDARE NOLUERINT.[α]

Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedat correptio, id est ut verberum vindicta[β] in eum procedat.[γ]

Quod si nec ita correxerit aut forte, quod absit, in superbia elatus etiam defendere voluerit opera sua, tunc abbas faciat quod sapiens medicus: si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum divinarum, si ad ultimum ustionem[δ] excommunicationis vel plagarum[ε] virgae[ζ] etiam, — si viderit nihil suam praevalere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam et omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus qui omnia potest[η], operetur salutem circa infirmum fratrem.

Quod si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam utatur abbas ferro abscissionis, ut ait apostolus: »Auferte malum ex vobis«, et iterum: »Infidelis si discedit, discedat«, ne una ovis morbida omnem gregem contagiet.[ϑ]

α) *HOP* noluerunt; *DEI* non emendaverint; *B* non emendaverunt. β) *LO* vindictae. γ) *LOQR* procedant. [D.] δ) *CEKLOP* ultionem *(H sic corr.)*. ε) *DFGHILQ* plagas *(P sic corr.)*. ζ) *DFGHIL* virgarum *(P sic corr.)*; *E* virgam; *K* virgas. η) *CLOQR* omnipotens est; [D] *AP* omniapotens est *(in A a eras.)*. ϑ) *DFGHIKL* contaminet.

XXIX. SI DEBEANT ITERUM RECIPI FRATRES EXEUNTES DE MONASTERIO.α

Frater qui proprio vitio egreditur β de monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii γ pro quo egressus est, et δ sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc eius humilitas comprobetur.

Quod si denuo exierit, usque tertio ita recipiatur iam postea sciens ε omnem sibi reversionis aditum denegari.

XXX. DE PUERIS MINORI AETATE QUALITER CORRIPIANTUR.

Omnis aetas vel intellectus proprias debet habere mensuras; ideoque quoties pueri vel adolescentiores aetate aut qui minus intelligere possunt, quanta poena sit excommunicationis, — hi tales, dum delinquunt, aut ieiuniis nimiis affligantur aut acris ζ verberibus coerceantur, ut sanentur.

XXXI. DE CELLARARIO MONASTERII QUALIS SIT.η

Cellararius monasterii eligatur de congregatione sapiens, maturis ϑ moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater.

Curam gerat de omnibus; sine iussione abbatis nihil faciat; quae iubentur custodiat. Fratres non contristet; si quis frater ab eo forte aliqua irrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam suam custodiat memor semper illud apostolicum, quia »qui bene ministraverit,

---

α) *A* Si debeant iterum de monasterio recipi fratres exeuntes; *Q* Si debeat iterum recipere etc. β) *DEFGHIKLOQ add.* aut proiicitur *(in R eras., in C rec. man. addit.)*. [D.] γ) *AB om.* vitii. δ) *OQR om.* et. [D.] ε) *CDFGHIKL* sciat. ζ) *FKOQ* acribus *(P sic corr.)*. η) *BDIKQ om.* qualis sit *(in CL rec. man. add.)*. ϑ) *DKL (I 1ª m.)* maturus.

gradum bonum sibi acquirit.« Infirmorum, infantum, hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat sciens sine dubio, quia pro his omnibus in die[α] iudicii rationem redditurus est. Omnia vasa monasterii cunctamque substantiam ac si altaris vasa sacrata conspiciat; nihil ducat negligendum; neque avaritiae studeat neque prodigus sit et[β] stirpator[γ] substantiae monasterii, sed omnia mensurate faciat et secundum iussionem abbatis.

Humilitatem ante omnia habeat, et cui non est substantia[δ] quod[ε] tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: »Sermo bonus super datum optimum.« Omnia quae ei iniunxerit abbas, ipsa habeat sub cura sua; a quibus eum prohibuerit, non praesumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo typho[ζ] vel mora offerat, ut non scandalizentur, memor divini eloquii, quid mereatur »qui scandalizaverit unum de pusillis.«

Si congregatio maior fuerit, solatia ei dentur, a quibus adiutus et ipse aequo animo impleat officium sibi commissum.

Horis competentibus et[η] dentur quae danda sunt, et petantur quae petenda sunt, ut nemo perturbetur neque contristetur in domo Dei.

XXXII. DE FERRAMENTIS VEL REBUS MONASTERII.

Substantia monasterii in ferramentis vel vestibus seu quibuslibet rebus — praevideat[ϑ] abbas fratres de quorum vita et moribus[ι] securus sit, et eis singula, ut utile iudicaverit, consignet custodienda[κ] atque recolligenda. Ex

---

α) *AB* in diem *(in A* m *eras.)*. β) *OQR om.* et; [D.] *FGHK* aut. γ) *KP* exstirpator. δ) *A* 1ᵃ *m.* cui non est quod tribuatur ex substantia *(corr. ut in textu)*; *E* ex substantia (*L sic corr.*); *GP* cui non est ex substantia. ε) *DFHIK* quae. ζ) *AEFIKLCPQ* typo. η) *FGHKQ om.* et. ϑ) *BGHKQR* provideat. ι) *OR* vitae moribus (*O corr. ut in textu*). κ) *OQR* constituenda. [D.]

quibus abbas brevem teneat, ut dum sibi in ipsa assignata fratres vicissim[α] succedunt, sciat quid dat aut quid[β] recipit.

Si quis autem[γ] sordide aut negligenter res monasterii tractaverit, corripiatur; si non emendaverit, disciplinae regulari subiaceat.

XXXIII. SI QUID DEBEANT MONACHI[δ] PROPRIUM HABERE.

Praecipue hoc vitium radicitus amputandum est de monasterio. Ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis neque aliquid habere proprium — nullam omnino[ε] rem, neque codicem neque tabulas neque graphium, sed nihil omnino — quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria voluntate[ζ], omnia vero necessaria a patre sperare monasterii. Nec quidquam liceat habere quod abbas non[η] dederit aut permiserit; omniaque omnibus sint communia, ut scriptum est[ϑ]; nec quisquam suum aliquid[ι] dicat vel praesumat.

Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admonitus[κ] semel et iterum si non emendaverit, correptioni subiaceat.

XXXIV. SI OMNES AEQUALITER DEBENT[λ] NECESSARIA ACCIPERE.

Sicut scriptum est: »Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.« Ubi non dicimus, ut personarum, quod absit, acceptio sit sed infirmitatum consideratio; ubi qui minus indiget, agat Deo gratias et non contristetur; qui

---

α) *BCOQR* vicibus. [D.] β) *FILOR* et quid. γ) *OQ* aut. [D?] δ) *AFGLQR* debeat monachus. ε) *OQR om.* omnino. [D.] ζ) *HKL* potestate. η) *FO* aut non; *APR* non aut (*corr. ut in textu*). ϑ) *A add.* erant illis omnia communia. ι) *ACGHIL add.* esse. κ) *AE* admoneatur; *R* admonetur. λ) *DEHKLQR* debeant (*AP sic corr.*).

vero plus indiget[α], humilietur pro infirmitate, non[β] extollatur pro misericordia: et ita omnia membra erunt in pace.

Ante[γ] omnia ne murmurationis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo vel significatione appareat; quod si[δ] deprehensus[ε] fuerit[ζ], districtiori disciplinae subdatur.

XXXV. DE SEPTIMANARIIS COQUINAE.

Fratres sibi invicem serviant, ut[η] nullus excusetur a coquinae officio, nisi aut aegritudo[ϑ] — aut in causa gravis utilitatis fuerit quis occupatus, quia exinde maior merces et caritas[ι] acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia, ut non cum tristitia hoc faciant — sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellararius excusetur a coquina, vel si qui, ut diximus, maioribus utilitatibus occupantur; ceteri sibi sub caritate invicem serviant.

Egressurus de septimana sabbato munditias faciat, lintea cum quibus sibi fratres manus aut[κ] pedes tergent[λ], lavent[μ] (pedes vero tam ipse qui egreditur quam ille qui intraturus est omnibus lavent.) Vasa ministerii sui munda et sana cellarario reconsignet[ν]; qui cellararius iterum[ξ] intranti consignet, ut sciat quod dat aut quod[ο] recipit. — Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipiant super statutam annonam singulas biberes[π] et panem, ut

---

α) *O om.* indiget. β) *DFHQ* et non (*O* et *in marg.*). γ) *Q om.* Ante omnia *et reliqua huius capitis.* δ) *I add.* quis. ε) *DK add.* quis, *FG* qui. ζ) *O add* aliquis. η) *ADEFG* et; *in P* et *sup. lin.* ϑ) *BDEFGHIKL* aegritudine (*AOP sic corr.*). ι) *In CO* et caritas *rec. man. addit., in P delet.*; *R* acquiritur et caritas. [D.] κ) *ADGP* ac. λ) *BCDFGHKLQ* tergunt; *E* tergant. μ) *DEFGHKR* lavet (*A sic corr.*). ν) *OQ* resignet. [D?] ξ) *BCDKL* item. ο) *AEFGLPR* quid dat aut quid. π) *HOQR* singulos sibi biberes (*O* bibere et pane). [D.]

hora refectionis sine murmuratione et gravi labore serviant fratribus suis; in diebus tamen solemnibus usque ad missas sustineant. — Intrantes et exeuntes hebdomadarii in oratorio mox matutinis finitis dominica omnium genibus provolvantur postulantes pro se orari. Egrediens autem de septimana dicat α hunc versum: »Benedictus es, Domine Deus, qui adiuvasti β me et consolatus es me;« quo dicto tertio accipiat benedictionem γ egrediens. Subsequatur δ ingrediens et ε dicat: »Deus, in adiutorium meum intende, Domine, ad adiuvandum me festina;« et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, et accepta benedictione ingrediatur.

XXXVI. DE INFIRMIS FRATRIBUS.

Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo ita eis serviatur, quia ipse dixit: »Infirmus fui, et visitastis me«, et: »Quod fecistis uni de his minimis meis ζ, mihi fecistis.« Sed et ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi serviri et non superfluitate sua contristent fratres suos servientes sibi; qui tamen patienter portandi sunt, quia de talibus copiosior merces acquiritur. — Ergo cura maxima sit abbati, ne aliquam negligentiam patiantur.

Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata et servitor timens Deum et diligens ac sollicitus. Balnearum usus infirmis quoties expedit offeratur (sanis autem et maxime iuvenibus tardius concedatur). Sed et carnium esus infirmis η omnino debilibus ϑ pro reparatione concedatur; at ubi meliorati fuerint, a carnibus more solito omnes abstineant.

α) *BCDFIKLPQ* egredientes ... dicant (*BL* dicat). β) *Sic omnes codd.* γ) *AEP* accepta benedictione. δ) *BCDF' add.* autem. ε) *OQR om* et. [D.] ζ) *BEI om.* meis. η) *K add.* et. ϑ) *CDEFGHILP* debilibusque *(AB sic corr.)*.

Curam autem maximam habeat abbas, ne a cellarariis aut a[α] servitoribus negligantur infirmi, quia ad ipsum[β] respicit quidquid a discipulis delinquitur.

XXXVII. DE SENIBUS VEL INFANTIBUS.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his aetatibus, senum videlicet et infantum, tamen et regulae auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, et nullatenus eis districtio regulae teneatur in alimentis; sed sit in eis pia consideratio, et praeveniant horas canonicas.

XXXVIII. DE HEBDOMADARIO LECTORE.

Mensis[γ] fratrum edentium[δ] lectio deesse non debet. Ne[ε] fortuito casu quis[ζ] arripuerit codicem legere[η] ibi; sed lecturus tota hebdomada dominica ingrediatur. — Qui ingrediens post missas et communionem petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis; et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus ipso tamen incipiente: »Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam;« et sic accepta benedictione ingrediatur ad legendum.

Et summum[ϑ] fiat silentium, ut nullius mussitatio vel vox nisi solius legentis ibi audiatur. Quae vero necessaria sunt comedentibus et bibentibus, sic sibi vicissim[ι] ministrent fratres[κ], ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen

---

α) *FGHIOQR (A 1a m.) om.* a [D.] β) *ABE* (*om.* quia ad) et ipsum; *QR om.* quia. γ) *CLOR* mensa (*in CLO mut. in* mensae); *Q* mensas. [D.] δ) *AB* edentium *recent. manu addit.* ε) *ACDHIK* nec *(LO sic corr.).* ζ) *BCDEFGHIKLQ* qui. η) *CDEFGHIKL add.* audeat. ϑ) *CDFGHIKL* Summumque. ι) *CLOQR* vicibus. [D.] κ) *O* fratres ministrent.

opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius petatur quam voce; nec praesumat ibi aliquis de ipsa lectione aut aliunde quidquam requirere, ne detur occasio; nisi forte prior pro aedificatione voluerit aliquid breviter dicere.

Frater autem lector[α] hebdomadarius accipiat mixtum, priusquam incipiat legere, propter communionem sanctam et ne forte grave sit ei ieiunium sustinere; postea autem cum coquinae hebdomadariis et servitoribus reficiat.

Fratres autem non per ordinem legant aut cantent, sed qui aedificent[β] audientes.

XXXIX. DE MENSURA CIBUS.[γ]

Sufficere credimus ad refectionem quotidianam tam sextae quam nonae omnibus mensis[δ] cocta duo pulmentaria propter diversorum infirmitatibus[ε], ut forte qui ex illo[ζ] non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiant. Et si fuerit, unde poma aut nascentia leguminum, addatur et tertium. Panis libra una propensa sufficiat in die, sive una sit refectio sive prandii et coenae. Quod si coenaturi sunt, de eadem libra tertia pars a cellarario servetur[η] reddenda coenandis.[ϑ] — Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio et potestate abbatis erit, si expediat aliquid augere remota prae omnibus crapula, et[ι] ut numquam subripiat monacho indigeries, quia nihil sic contrarium est omni christiano quomodo crapula, sicut ait Dominus noster: »Videte, ne graventur corda vestra in[κ] crapula.«

α) *OQR om.* lector *(in CL rec. manu addit.)* [D.] β) *AE* aedificant; *C* aedificet. γ) *EIPR* cibi; *Q* cibis; *CDFGHKL* ciborum. δ) *CEIKL* mensibus *(G sic corr.)*. ε) *Sic ABOPR.* ζ) *O* ex illo uno; *CDFGHIKLPQR* ex uno. [D?] η) *CDFHILP* reservetur. ϑ) *CDFGHIKL* coenaturis. ι) *CEHIOQR om.* et. [D] κ) *AOR om* in.

Pueris vero minore aetate non eadem servetur quantitas sed minor quam maioribus, servata in omnibus parcitate.

Carnium vero quadrupedum omnimodo[α] ab omnibus abstineatur comestio[β] praeter omnino debiles et[γ] aegrotos.

XL. DE MENSURA POTUS.

»Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic;« et ideo cum aliqua scrupulositate a nobis mensura victus aliorum constituitur; tamen infirmorum contuentes imbecillitatem[δ] credimus heminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiae, propriam se habituros mercedem sciant. — Quod si aut loci necessitas vel[ε] labor aut ardor aestatis amplius poposcerit, in arbitrio prioris consistat, considerans in omnibus, ne subrepat[ζ] satietas aut ebrietas.

Licet legamus vinum omnino monachorum non esse[η], sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, ut non usque ad satietatem bibamus sed parcius, quia »vinum apostatare facit etiam sapientes.«[ϑ] Ubi autem necessitas loci exposcit, ut nec suprascripta mensura inveniri possit sed multo minus aut ex toto nihil, benedicant Deum qui ibi habitant, et non murmurent[ι], hoc ante omnia admonentes, ut absque murmurationibus sint.

α) *DFGHIKLOQ* omnino *(in R rasura).* [D.] β) *Q* commixtio; *in O* comestio *2a manu addit., in R erasum.* [D?] γ) *B om.* et *(in A rec. manu addit.).* δ) *O* cogitantes continentiae imbecillitatem. ε) *CDFHIOQ* aut. [D?] ζ) *BCEG* subripiat. η) *A* non esse monachorum; *CEIOR* monachorum omnino non esse *(L sic corr.).* ϑ) *Q add.* et alibi: »Nolite inebriari vino in quo est luxuria.« ι) *O* benedicat ... habitet . . . murmuret *(in marg.* n *ter additum est).*

XLI. QUIBUS HORIS OPORTET[α] REFICERE.[β]

A sancto pascha usque ad pentecosten ad sextam reficiant fratres et ad seram[γ] coenent. A pentecosten autem tota aestate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas aestatis non perturbat, quartá et sexta feria ieiunent usque ad nonam; reliquis diebus ad sextam prandeant. Quae prandii sexta, si operas in agris habuerint, aut aestatis fervor nimius fuerit, continuanda erit, et in abbatis sit providentia. Et sic omnia temperet atque disponat, qualiter et animae salventur, et quod faciunt fratres absque iusta[δ] murmuratione faciant. Ab idus[ε] autem septembris usque ad caput quadragesimae ad nonam semper reficiant. In quadragesima vero usque in pascha ad vesperam[ζ] reficiant. Ipsa tamen[η] vespera sic agatur, ut lumen lucernae non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur. Sed et omni tempore sive coena[ϑ] sive refectionis[ι] hora sic temperetur[κ], ut luce fiant omnia.

XLII. UT POST COMPLETORIUM NEMO LOQUATUR.[λ]

Omni tempore silentium[μ] debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore sive ieiunii sive prandii: si tempus fuerit prandii, mox[ν] surrexerint a coena, sedeant omnes in unum[ξ], et legat unus Collationes vel Vitas patrum aut certe aliud[ο] quod aedificet audientes (non autem[π] Heptaticum aut Regum, quia

---

α) *DGHIQ* oporteat. β) *CDEFHIKQR add.* fratres. γ) *AB* et sera; *in P* ad seram *mut. in* sero. δ) *OPR om.* iusta. [D?] *CDEFGHILQ* ulla. ε) *Sic ABEOPR.* ζ) *CDILO* ad vesperum. η) *FIOQR* autem *(L sic corr.).* [D.] ϑ) *DEFGHIKLQR* coenae. ι) *OP add.* sit. κ) *C* sive prandii sive coenae sic temperetur refectionis hora, ut. λ) *O tit.* De silentio. μ) *HIKOQ* silentio *(P sic corr.).* ν) *DEFGHIKLPQ* mox ut *(in ACO* ut *rec. manu addit.).* ξ) *CEQ add.* locum; *OR* in uno loco *(P sic corr.).* [D.] ο) *CDEFLOPQ* aliquid. π) *IOQ om.* non autem. [D.]

infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire; aliis vero[α] horis legantur) — si autem ieiunii dies fuerint[β], dicta vespera parvo intervallo mox accedant ad lectionem Collationum, ut diximus; et lectis quatuor aut quinque foliis vel quantum hora permittit, omnibus in unum occurrentibus per hanc moram lectionis si[γ] quis[δ] forte in assignato sibi commisso fuit occupatus, — omnes ergo in unum positi compleant, et exeuntes a completoriis nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid.

Quod si inventus fuerit quisquam hanc praevaricari taciturnitatis regulam, gravi[ε] vindictae subiaceat; excepto si necessitas hospitum supervenerit, aut forte abbas alicui aliquid iusserit; quod tamen et ipsud cum summa gravitate et moderatione honestissime fiat.

XLIII. DE HIS QUI AD OPUS DEI VEL AD MENSAM TARDE OCCURRUNT.

Ad horam divini officii mox auditum fuerit signum, relictis omnibus quaelibet fuerint in manibus, summa cum festinatione curratur, cum gravitate tamen, ut non scurrilitas[ζ] inveniat fomitem. Ergo nihil operi Dei praeponatur.

Quod si quis in nocturnis vigiliis post »Gloriam« psalmi nonagesimi quarti[η], quem propter hoc omnino subtrahendo et morose volumus dici, occurrerit, non stet in ordine suo in choro sed ultimus omnium stet aut in loco quem talibus negligentibus seorsum constituerit abbas, ut videantur ab ipso vel ab omnibus, usque dum completo opere Dei publica satisfactione poeniteat. Ideo autem eos in ultimo aut seorsum iudicavimus debere stare, ut visi ab omnibus

---

α) *O om.* vero. β) *BDHQ* fuerit. γ) *CO* nisi *(in R* ni *eras. est).* [D.] δ) *AB* qui. ε) *CDEFGHKLP* graviori. ζ) *IOQR* scurrilitatis *(L sic corr.).* [D.] η) *OQ add.* Venite exultemus Domino.

vel pro ipsa verecundia sua emendent.[α] Nam si foris oratorium[β] remaneant; erit forte talis qui se aut recollocet[γ] et dormit[δ] aut certe sedet sibi foris vel fabulis vacat, et datur occasio maligno; — sed ingrediatur[ε] intus[ζ], ut nec totum perdat et de reliquo emendet. — Diurnis autem horis qui ad opus Dei post versum et »Gloriam« primi psalmi qui post versum dicitur, non[η] occurrerit, lege qua supra diximus, in ultimo stet nec praesumat sociari choro psallentium usque ad satisfactionem, nisi forte abbas licentiam dederit permissione[ϑ] sua, ita[ι] tamen ut satisfaciat reus ex hoc.

Ad mensam autem qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum et orent et sub uno omnes accedant ad mensam — qui per negligentiam suam[κ] aut vitio non occurrerit, usque ad secundam vicem pro hoc[λ] corripiatur. Si denuo non emendaverit, non permittatur ad mensae communis participationem, sed sequestratus a consortio omnium reficiat solus sublata ei portione sua de vino[μ] usque ad satisfactionem et emendationem. Similiter autem patiatur qui et[ν] ad illum versum non fuerit praesens qui post cibum dicitur.

Et[ξ] ne quis praesumat ante statutam horam vel postea quidquam cibi aut potus praesumere.[ο] — Sed et cui offertur

---

α) *DEFGHIKL* emendentur. β) *DFGHLOPQR* oratorio. [D.] γ) *EFIQR* collocet. δ) *CEFHIKP* dormiat.... sedeat; *QR* dormiat... sedit (*etiam AO* sedit). ε) *AKOPQR* ingrediantur... perdant... emendent (*K* emendentur). ζ) *FGHI* intro (*ACDP sic corr.*). η) *DGIKL om.* non (*in B eras est*). ϑ) *ABP* remissione, (*in P scriptum fuisse videtur* repromissione); *Q* per missionem suam. ι) *COQR om* ita tamen .... occurrerit; (*in CO rec. manu. addita sunt*). *Sequentem partem incipiunt* Et simul omnes. [D.] κ) *COQR om.* per negligentiam suam; *C* qui vero non, *O* (e)t (qui) vitio, *Q* si quis aut tarditate aut vitio, *R* ut si q - - - vitio; [D.] *DFGHIKLP* aut vitium. λ) *OQ* pro id (*in R* id *eras.*) [D.] μ) *AB* portione sua vinum; *OQ* vini. ν) *CEIOQR om.* et. [D] ξ) *EFGHOQR om.* Et. (*in AL rec. manu addit*) [D.] ο) *CIKOQ* sumere, *GHL* percipere.

aliquid a priore, et accipere renuit[α], hora qua desideraverit hoc quod prius recusavit aut[β] aliud, omnino nihil percipiat[γ] usque ad emendationem congruam.

XLIV. DE HIS QUI EXCOMMUNICANTUR QUOMODO SATISFACIANT.[δ]

Qui pro gravioribus culpis[ε] ab oratorio et a mensa excommunicantur[ζ]: hora qua opus Dei in oratorio percelebratur, ante fores oratorii prostratus iaceat[η] nihil dicens nisi tantum posito in terra capite stratus pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus.[ϑ] Et hoc tamdiu faciat, usque dum abbas iudicaverit satisfactum esse. Qui dum iussus ab abbate venerit, volvat se ipsius abbatis[ι] deinde omnium vestigiis[κ], ut orent pro ipso. Et tunc, si iusserit abbas, recipiatur in choro vel ordine quo abbas decreverit; ita sane[λ], ut psalmum aut lectionem vel aliud quid non praesumat in oratorio imponere, nisi iterum abbas iubeat. Et omnibus horis, dum completur[μ] opus Dei, proiiciat se in terra in loco quo stat. Et sic satisfaciat, usque dum ei iubeat iterum[ν] abbas, ut quiescat iam ab hac satisfactione.

Qui vero pro levibus[ξ] culpis excommunicantur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant usque ad iussionem abbatis. Hoc perficiant, usque dum benedicat et dicat: Sufficit.

α) *CDEFGHIKLP* renuerit (*O sic corr.*). β) *OQR om.* aut (*in CL rec manu addit.*). [D.] γ) *CDFIKLOQR* accipiat. [D.] δ) *DIP* satisfaciunt. ε) *CFGI* (*L 1ª m.*) gravi culpa (*P sic corr.*); *BR* (*OP 1ª m.*) gravibus culpis (*L sic corr.*). ζ) *DFGHIKLQ* excommunicatur. η) *OQR add.* et. [D.]. ϑ) *QR add.* provolvatur. ι) *CDEFGKLP add.* pedibus; *HQ* ante pedes ipsius abbatis. κ) *CDEFGHIKLP add.* fratrum. λ) *CFGKOQR* (*P 1ª m.*) plane. [D.] μ) *AIR* percompletur (*in P* per *eras.*). ν) *HOPR om.* iterum. [D.] ξ) *AQ* levioribus.

XLV. DE HIS QUI FALLUNTUR IN ORATORIO.

Si quis, dum pronuntiat psalmum[α], responsorium aut[β] antiphonam vel lectionem, fallitus fuerit[γ], nisi satisfactione[δ] ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictae subiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere quod negligentia deliquit. — Infantes autem[ε] pro tali culpa vapulent.[ζ]

XLVI. DE HIS QUI IN ALIIS QUIBUSLIBET REBUS[η] DELINQUUNT.

Si quis, dum in labore quovis, in coquina, in cellario, in monasterio[ϑ], in pistrino, in horto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocumque loco aliquid deliquerit aut fregerit quidpiam aut perdiderit vel aliud quid excesserit ubiubi[ι], et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum: dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi.[κ]

Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati aut spiritalibus senioribus patefaciat[λ], qui sciant curare et[μ] sua et aliena vulnera, non detegere et publicare.

XLVII. DE SIGNIFICANDA HORA OPERIS DEI.

Nuntianda hora[ν] operis Dei die noctuque sit cura abbatis[ξ] aut ipse nunciare aut tali[ο] sollicito fratri iniungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur.

α) *CHOQ add.* aut. β) *AB om.* aut. γ) *CDFGHI* fallitur *(P sic corr.).* δ) *FHIK* per satisfactionem *(C sic corr.).* ε) *IQR om.* autem; *CHO* vero. [D.] ζ) *OQ* vapulant. η) *CEGOQR* in aliquibus (*CGO add.* levibus; *Q add.* levioribus) rebus (*E* causis) delinquunt (*OQ* delinquant.). ϑ) *L* monisterio; *BCDFGP* ministerio. ι) *FO* ibi; *QR* ubi; *DILP* ubi et ubi. κ) *OQR* emendationi animae venia (*QR* veniam). Peccati causa si fuerit latens ... [D.] λ) *BQR* patefaciant. μ) *AFG om.* et. ν) *K* Nuntiandae horae ... sit cura abbati, ut aut ipse nuntiare debeat aut ... ξ) *OQR* die noctuque sub cura (*Q* sit) abbatis. [D.] ο) *O* tam.

Psalmos autem vel antiphonas post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit imponant. Cantare autem et legere non praesumat[α] nisi qui potest ipsud officium implere, ut aedificentur audientes (quod cum humilitate et gravitate et tremore fiat[β],) et cui iusserit abbas.

XLVIII. DE OPERA MANUUM QUOTIDIANA.[γ]

Otiositas inimica est animae, et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari: id est ut a pascha usque ad kalendas octobris a[δ] mane exeuntes a prima usque horam pene quartam[ε] laborent quod necessarium fuerit; ab hora autem quarta usque horam[ζ] qua sextam agent[η], lectioni vacent. Post sextam autem surgentes a mensa pausent in lecta sua cum omni silentio, aut forte qui voluerit legere sibi, sic[ϑ] legat, ut alium non inquietet. Et[ι] agatur nona temperius, mediante octava hora, et iterum[κ] quod faciendum est operentur usque ad vesperam. — Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit, ut ad fruges recolligendas[λ] per se occupentur, non contristentur, quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt sicut et patres nostri et apostoli. Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

α) *BQR* praesumant. β) *O rec. manu* fiat *in* faciat *mut.* γ) *CDFGHIKL* De opere manuum quotidiano; *PR* De opera ... quotidianum. δ) *CFKQ om.* a, *in DP erasum est.* ε) *AOQR (LP 1ª m.)* a prima hora usque pene (*O* pene usque) quarta (*ALR* quartam, *P sic corr.*). ζ) *ABPQ* hora. η) *A* quasi sexta agent', *B* quasi sexta agente; *PR* quasi sextam agentem; *DGHK* quasi sextam; *CEFIL* horam sextam. *Ex tanta varietate elegimus eam lectionem quae sensum, de quo non est dubium, clarius exprimit; habetur in O et Q.* ϑ) *FGH* sibi legere sic; *O* sic sibi. ι) *CDFGILOR om.* et. κ) *OQ* et ideo quod (*R* et ic - - quod). [D.] λ) *FGHILOQR* colligendas. [D.]

A kalendis autem octobris usque ad caput quadragesimae usque in hora secunda plena[α] lectioni vacent; hora secunda agatur tertia, et usque[β] nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. Facto autem primo signo horae nonae disiungant[γ] ab opere suo[δ] singuli et sint parati, dum secundum signum pulsaverit.[ε] Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

In quadragesimae vero diebus a mane usque ad tertiam plenam vacent lectionibus suis et usque decimam horam plenam operentur quod eis iniungitur. — In quibus diebus quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca quos per ordinem ex integro legant, qui codices in caput[ζ] quadragesimae dandi sunt. Ante omnia sane deputentur[η] unus aut duo seniores qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni, et videant, ne forte inveniatur frater acediosus qui vacat otio aut fabulis et non est intentus lectioni et non solum sibi inutilis est sed etiam alios distollit.[ϑ] Hic talis si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur semel et secundo; si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat[ι] taliter, ut ceteri timeant. — Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. — Dominico item die lectioni vacent omnes excepto[κ] his qui variis officiis deputati sunt.

Si quis vero ita negligens et desidiosus fuerit, ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut[λ] non vacet.

α) *DEFGHIKLOQR* horam secundam plenam. β) *HOPQ* usque ad (*O om.* ad) horam nonam. [D.] γ) *AB* deiungant; *FKOQ* disiungant se. δ) *AB* (*KP* 1ª *m*) ab opera sua. ε) *In OQR post* pulsaverit, (*in ABL in marg.*) *legitur* Mox ut auditum fuerit signum (*Q* auditus ... signus) relictis omnibus quaelibet (*L* in manibus, *AB* fuerint in manibus) summa cum festinatione curratur. [D.] ζ) *DGHKL* in capite. η) *BFIKLOQ* deputetur. ϑ) *CDEFGHILOQR* extollit. ι) *FILPQ add.* et (*in DG* et *s. l.*). κ) *CDEFGHIKLQ* exceptis (*O sic corr.*). λ) *DGO* et.

Fratribus infirmis aut delicatis talis opera[α] aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint nec violentia laboris opprimantur aut effugentur; quorum imbecillitas ab abbate consideranda est.

XLIX. DE QUADRAGESIMAE OBSERVATIONE.

Licet omni tempore vita monachi quadragesimae debet observationem habere, tamen quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus quadragesimae omni puritate vitam suam[β] custodire, omnes pariter et[γ] negligentias aliorum temporum[δ] his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus vitiis temperamus[ε], orationi cum fletibus, lectioni et compunctioni cordis atque abstinentiae operam damus.[ζ]

Ergo his diebus augeamus nobis aliquid solito penso[η] servitutis nostrae: orationes peculiares, ciborum et potus abstinentiam, ut[ϑ] unusquisque super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate »cum gaudio sancti Spiritus« offerat Deo (id est subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate,) et cum spiritalis desiderii gaudio sanctum pascha exspectet.[ι] Hoc ipsud tamen quod unusquisque offerit[κ], abbati suo suggerat, et cum eius fiat oratione et voluntate; quia quod sine permissione[λ] patris spiritalis fit[μ], praesumptioni deputabitur et vanae gloriae, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt.

α) *O* tale opus *(P sic corr.)*. β) *DHKP om.* suam. γ) *DFGHLPQ om.* et. δ) *OQR om.* aliorum temporum. [D.] ε) *DFGHIK (L 1ª m.)* temperemus. ζ) *CDEFGHIO (LP 1ª m.)* demus. η) *DGHIK* ad solitum pensum; *C* a solito penso. ϑ) *BO om.* ut. ι) *O* spectet. κ) *DEFGHIKL* offert; *BR* offeret; *Q* offerat. λ) *QR om.* permissione. μ) *CFIO* quod sine patris spiritualis fit (*F* fiat) voluntate (*O* voluntate fit). *In P post* fit *erasum est* voluntate; permissione *suo loco habetur*. [D.]

L. DE FRATRIBUS QUI LONGE AB ORATORIO LABORANT AUT IN VIA SUNT.

Fratres qui omnino longe sunt in labore[α] et non possunt occurrere hora competenti ad oratorium — et abbas hoc perpendit, quia ita est — agant ibidem opus Dei ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua.

Similiter qui in itinere directi sunt, non eos praetereant horae constitutae; sed ut possunt agant sibi[β] et servitutis pensum non negligant reddere.

LI. DE FRATRIBUS QUI NON LONGE SATIS PROFICISCUNTUR.

Frater[γ] qui pro quovis responso dirigitur et ea die speratur reverti ad monasterium, non praesumat foris manducare, etiamsi omnino[δ] rogetur a quovis[ε], nisi forte ei ab abbate suo[ζ] praecipiatur. — Quod si aliter fecerit, excommunicetur.

LII. DE ORATORIO MONASTERII.

Oratorium hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud geratur aut condatur. Expleto opere Dei omnes cum summo silentio exeant — et agatur[η] reverentia Deo — ut frater qui forte sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. — Sed et si alter[ϑ] vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret et oret, non in clamosa voce sed in lacrimis et intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur explicito[ι] opere Dei remorari[κ] in oratorio[λ], sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

α) *EIOQR om.* in labore. [D.] β) *DP* ibi; *Q add.* suum cursum. γ) *FGHL* fratres, *et sic num. plural. per totum caput.* δ) *CFGILOQ om.* omnino. [D.] ε) *DFGHILOQR* a quovis rogetur; [D.] *C* a quovis rogatus; *K* rogetur omnino a quovis. ζ) *CFGOQ* ab abbate suo ei (*FG* eis). η) *B* habeatur (*A sic corr., 1a m.* adeatur; *in K* agatur *sup. ras.*). ϑ) *BFQ* aliter. ι) *BDEHLPQR* expleto. κ) *AQ* rememorari; *C* remanere; *in P* remorari *sup. ras.* λ) *CIOQR om.* in oratorio *(in L delet.)*. [D.]

LIII. DE HOSPITIBUS SUSCIPIENDIS.

Omnes supervenientes hospites tamquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: »Hospes fui, et suscepistis me;« et omnibus congruus honor exhibeatur, maxime domesticis fidei et peregrinis.

Ut ergo nuntiatus fuerit hospes, occurratur ei a priore vel a fratribus cum omni officio caritatis; et primitus orent pariter et sic sibi socientur in pace. Quod pacis osculum non prius offeratur nisi oratione praemissa propter illusiones diabolicas. In[α] ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus: inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra[β] Christus in eis adoretur qui et suscipitur. Suscepti autem hospites ducantur ad orationem, et postea sedeat cum eis prior aut cui[γ] iusserit ipse. Legatur coram hospite[δ] lex divina, ut aedificetur, et post haec omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium a priore frangatur propter hospitem, nisi forte praecipuus sit dies ieiunii qui non possit violari; fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam[ε] in manibus abbas hospitibus det; pedes[ζ] hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lavet; quibus lotis hunc versum dicant: »Suscipimus[η] Deus misericordiam tuam in medio templi tui.« — Pauperum et peregrinorum maxime[ϑ] susceptioni[ι] cura sollicite exhibeatur, quia in ipsis magis Christus[κ] suscipitur; nam divitum terror ipse sibi exigit[λ] honorem.

α) *B om.* in. β) *FR* in terram; *O om.* in terra. γ) *O* quem. δ) *C* coram hospitibus . . . aedificentur . . . eis . . . propter hospites. ε) *ABO* aqua. ζ) *FGH. add.* vero; *KQ add.* autem. η) *CDEFGHIKLPQ* suscepimus. ϑ) *OQR om.* maxime. [D.] ι) *CR* susceptione; *KQ* susceptionis; *DFGI* susceptionum. κ) *CHIOPQ* Christus magis. [D?]. λ) *DHIPQ* exigit (*P* exiget) sibi.

Coquina abbatis et hospitum super[α] se sit, ut incertis horis supervenientes hospites qui numquam desunt monasterio, non inquietentur[β] fratres. In qua coquina[γ] ad annum ingrediantur duo fratres qui ipsud officium bene impleant. Quibus ut indigent solatia administrentur[δ], ut absque murmuratione serviant; et iterum, quando occupationem minorem habent, exeant ubi eis imperatur[ε] in opera.[ζ] (Et non solum ipsis[η] sed et in omnibus officiis monasterii ista sit consideratio, ut quando indigent solatia accomodentur eis, et iterum quando vacant, obediant imperatis.[ϑ]) Item et cellam[ι] hospitum habeat assignatam frater cuius animam timor Dei possidet[κ]; ubi sint lecti strati sufficienter, et domus Dei a sapientibus et[λ] sapienter administretur.

Hospitibus autem cui non praecipitur nullatenus societur neque colloquatur; sed si obviaverit[μ] aut viderit, salutatis humiliter, ut diximus[ν], et petita benedictione pertranseat dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

LIV. SI DEBEAT[ξ] MONACHUS LITERAS VEL ALIQUID[ο] SUSCIPERE.[π]

Nullatenus liceat monacho neque a parentibus suis neque a quoquam hominum nec sibi invicem literas[ρ], eulogias vel quaelibet munuscula accipere aut dare sine prae-

---

α) *DEHK* per. β) *DFGHKLPQ* inquietent. γ) *DFGHLQR* in quam coquinam. δ) *CFGOQR* ministrentur. [D.] ε) *BP* imperatum fuerit *(L sic corr.)*. ζ) *DGIR* in opere. η) *DFGHIK* in ipsis; *O* in istis verum in omnibus; *QR* ab ipsis. ϑ) *DFGHK* imperanti; *LQ* imperantis; *R* imperantibus. ι) *C* idem et cella hospitum habeat assignatum fratrem. κ) *CH* possideat *(KO sic corr.)*. λ) *CDEFGHILOQ om.* et. μ) *ABK* obviaverint. (*K* aut viderint). ν) *DH (L 1a m.)* dictum est. ξ) *DH* An debeat; *EFGI* Ut non debeat *(L sic corr.)*. ο) *EFGHI* eulogias; *K* literas, eulogias vel aliquid *(L sic corr.)*. π) *DP* accipere. ρ) *DGR (L 2a m) add.* aut.

cepto abbatis. Quod si etiam a parentibus suis ei[α] quidquam directum fuerit, non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate, cui illud iubeat dari[β]; et non contristetur frater cui forte directum fuerat, ut non detur occasio diabolo. — Qui autem aliter praesumpserit, disciplinae regulari subiaceat.

LV. DE VESTIARIO ET[γ] CALCEARIO FRATRUM.[δ]

Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant vel aerum temperiem[ε] dentur[ζ], quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Haec ergo consideratio penes[η] abbatem est.

Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam et tunicam (cucullam in hieme vellosam, in aestate puram aut vetustam,) et scapulare propter opera, indumenta pedum pedules et caligas. De quarum rerum omnium[ϑ] colore aut grossitudine non causentur monachi; — sed quales inveniri[ι] possunt[κ] in provincia qua habitant[λ], aut quod vilius comparari potest.[μ] Abbas autem de mensura provideat[ν], ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus ea sed mensurata.

Accipientes nova vetera semper reddant in praesenti reponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas et duas cucullas habere propter noctes et propter[ξ] lavare ipsas res; iam quod supra

---

α) *O* eis... praesumant. β) *AFGOR* dare. γ) *ABP* vel. δ) *CFGL* De vestiariis et calceariis fratrum *(B sic corr.)*; *HK* De vestimentis et calceamentis. ε) *ABP* temperie; *C* temperies. ζ) *A* 1ª *m.* dantur. η) *OPQ* apud; *R* consideratio abbate est. ϑ) *EFGI* omnino; *CD om* rerum omnium. ι) *COQR* invenire. [D.] κ) *CP* possint. λ) *BEKP* degunt *(A sic corr.)*. μ) *OQR* comparare possunt *(A sic corr.)*. [D.] *K (A* 1ª *m.)* possit. ν) *CEFGIP* praevident. ξ) *C* 1ª *m.* pro *(L sic corr.)*; *F* propter lavationem.

fuerit superfluum est[α], amputari debet. Et pedules et quodcumque est vetere[β] reddant, dum accipiunt novum.

Femoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiant, quae[γ] revertentes lota ibi restituant. Et cucullae et tunicae sint aliquanto a solito quas habent[δ] modice meliores; quas exeuntes in via accipiant de vestiario et revertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant[ε] matta, sagum et lena et capitale. Quae tamen lecta frequenter ab abbate scrutanda[ζ] sunt propter opus peculiare ne inveniatur. Et si cui inventum fuerit quod ab abbate non accepit[η], gravissimae disciplinae subiaceat. Et ut hoc vitium peculiaris[ϑ] radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia quae sunt necessaria, id est cuculla, tunica, pedules, caligae, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulae, ut omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quia »dabatur singulis, prout cuique opus erat.« Ita ergo et abbas consideret infirmitates indigentium, non[ι] malam voluntatem[κ] invidentium; in omnibus tamen iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

LVI. DE MENSA ABBATIS.

Mensa abbatis cum hospitibus et peregrinis[λ] sit semper. Quoties tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus

---

α) *C om.* supra *et* est; *GHK* et amputari. β) *AO (L sup. ras.)* vetera; *C* veteres; *FGHI (L 1ª man. D sup. lin. et ras.)* vetustum; *K* vetus — *(ras.) (P sic corr.).* γ) *CDIOQR* qui. [D.] δ) *D (L 1ª m.)* his quas habere soliti sunt; *I (P 1ª m.?)* solito quam eas quas habent. ε) *OR (L 1ª m.)* sufficiat; *E om.* sufficiant. ζ) *OQ* scrutinanda *(in B* - in -, *in P totum vocabulum erasum est, in A rec. man.* - tinandi.). η) *EFGHIKOQR* acceperit. [D.] ϑ) *GHLPQ* peculiare *(K sic corr.).* ι) *DO* et non. κ) *OR* mala voluntate. λ) *CEFGIKLOPR* cum peregrinis et hospitibus. [D?]

vocare in ipsius sit potestate; seniores[α] tamen — unum[β] aut duos[γ] — semper cum fratribus dimittendum[δ] propter disciplinam.

LVII. DE ARTIFICIBUS[ε] MONASTERII.

Artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate[ζ] faciant ipsas artes, si[η] permiserit abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio, hic talis erigatur[ϑ] ab ipsa arte et denuo per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat.

Si quid vero ex operibus artificum venumdandum est, videant ipsi, per quorum manus transigenda sint[ι], ne aliquam fraudem[κ] praesumant inferre[λ]; memorentur semper Ananiae et Saphirae, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti vel omnes qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint, in anima patiantur. — In ipsis autem pretiis non subripiat avaritiae malum, sed semper aliquantulum vilius detur quam ab aliis saecularibus dari potest[μ], »ut in omnibus glorificetur[ν] Deus.«

LVIII. DE DISCIPLINA SUSCIPIENDORUM FRATRUM.

Noviter veniens quis ad conversionem[ξ], non ei facilis tribuatur ingressus; sed, sicut ait[ο] apostolus, »probate spi-

---

α) *O* senior; *QR* (*D 1ª m.?*) seniorem; *D* seniori. β) *A* uno; *O* unus. γ) *AEP* duo (*O sic corr.*). δ) *C* dimitti debet; *F* dimittendo; *O corr.* dimittendi sunt; *D add.* curet; *EGH add.* procuret. ε) *A* De artifices. ζ) *DGH add.* et reverentia. η) *KL* si tamen. ϑ) *C* (*O in marg.*) segregatur; *DHLR* (*G s. lin.*) evellatur; *IQ* eligatur; *O* egrediatur. ι) *DFGHIKLPQ* sunt (*A sic corr.*). κ) *OQR* aliqua fraude. [D.] λ) *ACOQR om.* inferre; [D.] *B add.* monasterio. μ) *CDEGHLOQ* datur (*in R post* da — *rasura habetur.* ν) *B* honorificetur. ξ) *CEFKOQ* conversationem. ο) *O om.* ait.

ritus, si ex Deo sunt.[α] Ergo si veniens perseveraverit pulsans et illatas sibi iniurias et difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare et persistere petitioni suae, annuatur ei ingressus, et sit in cella hospitum paucis diebus.

Postea autem sit in cella novitiorum ubi meditet et manducet et dormiat.[α] Et senior ei[β] talis deputetur qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eos[γ] omnino curiose intendat et sollicitus[δ] sit, si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Praedicentur[ε] ei omnia dura et aspera per quae[ζ] itur ad Deum. Si[η] promiserit de stabilitatis suae perseverantia, post duorum mensuum[ϑ] circulum legatur ei haec regula per ordinem, et dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam[ι] cellam novitiorum et iterum probetur in omni patientia.[κ] Et post sex mensuum circuitum[λ] relegatur[μ] ei regula, ut sciat ad quod ingreditur. Et si adhuc stat, post quatuor menses iterum relegatur[ν] ei eadem regula. — Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire et cuncta sibi imperata servare, tunc suscipiatur in congregatione sciens et lege[ξ] regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio nec collum excutere de sub iugo regulae quem[ο] sub tam morosa deliberatione licuit aut excusare[π] aut suscipere.

α) *AB* meditent et manducent et dormiant. β) *ABR* eis γ) *DEFGHIKL* eum. δ) *BE* sollicitudo. ε) *COR* praedicantur. ζ) *OR* aspera qua (*R* quae). η) *DFGHIKL* Et si. ϑ) *Sic ABCOQR.* ι) *COR* superdictam. κ) *B* patientia et doctrina. λ) *DFGHIKL* circulum. μ) *AEKOR* legatur. ν) *DEFGHILOQR* legatur. [D.] ξ) *CDFGHILQR* sciens se (*H* sub, *R* e) lege *(O sic corr.); K* sciens sibi ex lege; *O* sciens (*sup. lin.* s) e (*ras. 1. lit.* sub *in marg.)* lege. ο) *OQR* regulae quia sub; [D.] *CFGI* quam; *H* quod; *L* qua. π) *GLOQR* licuit ei excusare (*O* recusare). [D.]

Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversione[α] morum suorum et obedientia[β] coram Deo et sanctis eius, ut si aliquando aliter fecerit, ab eo[γ] se damnandum sciat quem irridet.[δ] De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum quorum reliquiae ibi sunt et abbatis praesentis.[ε] Quam petitionem manu sua scribat — aut certe, si non scit literas, alter ab eo rogatus scribat, et ille novitius signum faciat — et manu sua eam super altare ponat. Quam dum posuerit, incipiat ipse novitius mox hunc versum: »Suscipe me, Domine, secundum eloquium tuum, et vivam; et ne confundas me ab exspectatione mea.« Quem versum omnis congregatio tertio respondeat adiungentes »Gloria Patri.« Tunc ille[ζ] frater novitius prosternatur singulorum pedibus, ut orent pro eo; et iam ex illa die in congregatione reputetur.

Res si quas habet, aut eroget prius pauperibus aut facta solemniter donatione conferat monasterio nihil sibi reservans ex omnibus, quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum[η] sciat.[ϑ] — Mox ergo in oratorio exuatur rebus propriis quibus vestitus est, et induatur rebus monasterii. Illa autem vestimenta quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda, ut si aliquando suadente diabolo consenserit, ut egrediatur de monasterio, quod absit, tunc exutus rebus monasterii proiiciatur. Illam tamen petitionem eius quam de super altare abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reservetur.

α) *BGOQR* [*L 1ª m.?*] conversatione. β) *ACO* obedientiam. γ) *EFGHILOQR* a Deo. [D.] δ) *O* irritat. ε) *COR* abbate praesente *(L sic corr.)*; *Q (A 1ª m)* abbati praesenti. [D.] ζ) *DFGHIL* ipse. η) *COQ* habere. ϑ) *ABO* scit.

LIX. DE FILIIS NOBILIUM AUT PAUPERUM QUI OFFERUNTUR.[α]

Si quis forte de nobilibus offerit[β] filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minore[γ] aetate est, parentes eius faciant petitionem quam supra diximus, et cum oblatione ipsam petitionem et manum pueri involvant[δ] in palla altaris et sic eum offerant.

De rebus autem suis aut in praesenti per petitionem[ε] promittant sub iureiurando, quia numquam per se, numquam per suffectam[ζ] personam nec[η] quolibet modo ei aliquando aliquid dant aut tribuunt[ϑ] occasionem habendi. Vel certe si hoc facere noluerint et aliquid offerre voluerint[ι] in eleemosynam[κ] monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus quas dare volunt monasterio, donationem reservato sibi, si ita voluerint, usum[λ] fructuum.[μ] Atque ita omnia obstruantur[ν], ut nulla suspicio remaneat puero per quam deceptus perire possit, quod absit, quod experimento didicimus.

Similiter autem et pauperiores faciant. — Qui vero ex toto nihil habent[ξ], simpliciter petitionem faciant et cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

α) *CR om.* qui offeruntur; *EI add.* in monasterio. β) *CEFGILR* offert; *DHK* offerat; *OQ* offeret. γ) *ABP* minor *(KL sic corr.)*. δ) *OQR* involvat (*Q* involvant) . . . . offerat. [D.] ε) *Q* per petitione; *ABFP (om.* per) pétitionem; *reliqui* petitione. ζ) *EOQR* subiectam (*AP sic corr.)*; [D.] *CDGHL* suspectam *(K sic corr.)*. η) *BOQ* ne; *R om.* nec. ϑ) *DFGHIKLPQ* dent aut (*FG* nec) tribuant. ι) *ABE* volunt. κ) *DFGKR* in eleemosyna. λ) *KQ* usu. μ) *KOQR* fructum; *CDFGHI* usufructuario; *L 1ª m* usum fructuario. ν) *OR (L 1ª m.)* observantur; *Q* observentur. [D.] ξ) *OQR* habet . . . . faciat . . . . offerat. [D.]

LX. DE SACERDOTIBUS QUI[α] VOLUERINT IN MONASTERIO HABITARE.

Si quis de ordine sacerdotum in monasterio sé suscipi rogaverit, non quidem citius ei[β] assentiatur. Tamen si omnino persteterit in hac supplicatione, sciat se omnem regulae disciplinam servaturum; nec aliquid ei relaxabitur, ut sit sicut scriptum est: »Amice, ad quod venisti?« Concedatur ei tamen post abbatem stare et benedicere aut missas tenere — si tamen iusserit ei abbas; sin alias, nullatenus[γ] aliqua praesumat sciens se disciplinae regulari subditum, et magis humilitatis exempla omnibus det. Et[δ] si forte ordinationis[ε] aut alicuius rei causa fuerit in monasterio, illum locum attendat, quando[ζ] ingressus est in monasterio[η], non illum qui ei pro reverentia sacerdotii concessus est.

Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio, sociari[ϑ] voluerit, loco mediocri collocentur[ι] — et ipsi tamen, si promittunt[κ] de observatione regulae vel propria stabilitate.[λ]

LXI. DE MONACHIS PEREGRINIS, QUALITER SUSCIPIANTUR.[μ]

Si quis monachus peregrinus de longinquis provinciis supervenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio

---

α) *ABK add.* forte; *C om.* qui voluerint etc. β) *HIQ* non ei citius quidem. γ) *AB* ullatenus. δ) *DHLQ om.* et. ε) *O* ordinatione. ζ) *I* quem habuit quando. η) *CEFGHKL* in monasterium (*IO sic corr.*). ϑ) *R* (*O 1ª m.*) sociare; *Q* se sociari. ι) *DEFHIKL* (*CG 1ª m.*) collocetur. κ) *EILQ* et ipse (*Q* ipsi) tamen si promittit; *A om.* si. λ) *ABP* propriam stabilitatem (*in A et P* m *bis erasum est*). μ) *FGR om.* qualiter suscipiantur.

et contentus est[α] consuetudine[β] loci quam[γ] invenerit et non forte[δ] superfluitate sua perturbat monasterium sed simpliciter contentus est quod invenerit, suscipiatur quanto tempore cupit. — Si qua sane, rationabiliter et cum humilitate caritatis reprehendit aut ostendit, tractet abbas prudenter[ε], ne forte pro hoc ipsud[ζ] eum Dominus direxerit.[η]

Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renuatur talis voluntas, et maxime quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dignosci. Quod si superfluus aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non[ϑ] debet sociari corpori monasterii, verum etiam dicatur ei honeste ut discedat, ne eius miseria etiam alii vitientur. Quod si non fuerit talis qui mereatur proiici, non solum si petierit, suscipiatur congregationi sociandus, verum etiam suadeatur[ι] ut stet, ut eius exemplo alii erudiantur, et quia in omni loco uni Domino servitur, uni regi militatur. Quem si etiam talem esse perspexerit abbas, liceat eum in superiore aliquantum[κ] constituere loco. — Non solum autem monachum[λ] sed etiam de suprascriptis[μ] gradibus sacerdotum vel clericorum stabilire potest abbas in maiori quam ingreditur[ν] loco, si eorum[ξ] talem perspexerit esse vitam.

Caveat autem abbas, ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu abbatis eius aut literas commendatitias[ο], quia scriptum est: »Quod tibi non vis fieri, alio[π] ne feceris.«

α) *DFGHK (L 1ª m.)* fuerit. β) *AB* consuetudinem. γ) *LQR* quem. δ) *CP om.* forte. ε) *A* providenter. ζ) *D* ipsum *(P sic corr.)*; *CFGIKLQR* ipso; *E* per hoc ipsum. η) *DR (C 1ª m.)* direxit. ϑ) *BP om.* non. ι) *EP (C 1ª m.)* suadetur. κ) *GHILR* aliquantulum *(ADP sic corr.)*. λ) *AC* monachorum. μ) *CO* supradictis. ν) *AEKOPQR* ingrediuntur *(C sic corr.)* [D?] ξ) *CDFGHL* eius. ο) *DEFGHIKLQR* literis commendatitiis. π) *COQR* alteri. [D]

LXII. DE SACERDOTIBUS MONASTERII.

Si quis abbas sibi presbyterum vel[α] diaconem ordinari[β] petierit, de suis eligat qui dignus sit sacerdotio fungi.

Ordinatus autem caveat elationem aut superbiam nec quidquam praesumat nisi quod ei ab abbate praecipitur, sciens se multo magis disciplinae regulari subditum.[γ] Nec[δ] occasione sacerdotii obliviscatur regulae obedientiam et disciplinam, sed magis ac magis in Deum[ε] proficiat. Locum vero illum semper attendat quo[ζ] ingressus est in monasterium, praeter officium altaris et[η] si[ϑ] forte electio congregationis et voluntas abbatis pro vitae merito eum promovere voluerit.[ι] Qui tamen regulam a[κ] decanis vel praepositis[λ] constitutam sibi[μ] servare sciat.

Quod si aliter praesumpserit, non sacerdos sed rebellio[ν] iudicetur. Et saepe admonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonium.[ξ] Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis proiiciatur de monasterio — si tamen talis fuerit eius contumacia, ut subdi aut obedire regulae nolit.

LXIII. DE ORDINE[ο] CONGREGATIONIS.[π]

Ordines suos in monasterio ita conservent, ut conversationis[ρ] tempus, ut[σ] vitae meritum discernit utque[τ] abbas constituerit. Qui abbas non conturbet gregem sibi commissum nec quasi libera utens potestate iniuste disponat

---

α) *DHIPQ (FG 1a m.)* aut. β) *QR (O 1a m.)* ordinare. [D.] γ) *ABK* subdendum. δ) *BCI* ne. ε) *D* in Domino; *K 2a m.* in Deo. ζ) *C* quando; *R (O 1a m.)* quod. η) *E om.* et; *FG (L 1a m.)* aut; *D* aut et. ϑ) *O* et si *1ae manus mutat. in* nisi. ι) *ABP* voluerint. κ) *BEI om.* a. λ) *IOQ* praeposito. μ) *OQR* se constitutam servare; [D.] *B om.* sibi. ν) *O* rebellis. ξ) *COP* testimonio. ο) *O* De ordines; *Q* De ordinibus. π) *I* congregationum; *O* congregationes. ρ) *DFGHIKLQR* conversionis. σ) *DKLO* et; *I* vel; *HQR* aut. τ) *Q* atque; *H* aut quem.

aliquid; sed cogitet semper, quia de omnibus iudiciis et operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines quos constituerit vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum; et in omnibus omnino locis aetas non discernat ordines[α] nec praeiudicet, quia Samuel et Daniel pueri presbyteros iudicaverunt. Ergo excepto hos[β] quos[γ], ut diximus, altiori consilio abbas praetulerit vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes ut convertuntur ita sint, ut verbi gratia qui secunda hora diei venerit, in monasterio[δ] iuniorem se noverit illius esse qui prima hora venit[ε] diei, cuiuslibet aetatis aut dignitatis sit — pueris per omnia ab omnibus disciplina conservata.[ζ]

Iuniores igitur priores suos honorent, priores[η] minores[ϑ] suos diligant. In ipsa appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine[ι], sed priores iuniores suos fratrum nomine[κ], iuniores autem priores suos nonnos vocent, quod intelligitur paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere[λ], dominus et abbas vocetur — non sua assumptione sed honore et amore Christi. Ipse autem cogitet et sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore. — Ubicumque autem sibi obviant fratres, iunior a priore[μ] benedictionem petat. Transeunte maiore minor surgat et det ei locum sedendi; nec praesumat iunior consedere, nisi ei praecipiat senior suus, ut fiat quod[ν] scriptum est: »Honore invicem praevenientes.«

α) *CDEFGHIL* discernatur in ordine *(B sic corr.)*; *QR* discernatur ordines (*Q* ordinis). β) *CDEFGHIKLQR* exceptis his (*AOP sic corr.)*. γ) *AB om.* quos. δ) *EFGHIQ (L 1ª m.)* in monasterium. ε) *CFO* venerit. ζ) *CDEFGHI* teneatur (*om.* conservata); *P* conservata teneatur; *K* conservetur. η) *Q* maiores. ϑ) *CEGH* iuniores. ι) *CFGHIKOQR (L 1ª m.)* nomine appellare. [D.] κ) *CEFHK* fratres nominent. λ) *OQR* agit; [D.] *CDHLP* agere videtur. μ) *AB* iunior priorem. ν) *B* sicut.

Pueri parvi[α] vel adolescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos consequantur; foris autem vel ubiubi[β] custodiam[γ] habeant[δ] et disciplinam, usque dum ad intelligibilem aetatem perveniant.

LXIV. DE ORDINANDO ABBATE.[ε]

In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis saniore[ζ] consilio elegerit. Vitae autem merito et sapientiae doctrina[η] eligatur qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis. — Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis, quod quidem absit, consentientem personam pari consilio elegerit, et vitia ipsa aliquatenus in notitiam[ϑ] episcopi ad cuius dioecesim[ι] pertinet locus ipse, vel ad abbates[κ] aut christianos vicinos[λ] claruerint[μ], prohibeant pravorum praevalere consensum, sed domui[ν] Dei dignum constituant dispensatorem scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste et[ξ] zelo Dei faciant[ο], sicut e diverso[π] peccatum, si negligant.

Ordinatus autem abbas cogitet semper, quale onus suscepit[ϱ] et cui redditurus est rationem villicationis suae; sciatque sibi oportere prodesse magis quam praeesse. Oportet ergo eum esse doctum[σ] lege divina, ut sciat et sit unde

---

α) *1Q* parvuli. β) *C* ubique *(O sic corr.)*; *F* ubicumque; *LQR (DOP 1a m.)* ubi et ubi; *E* ubi ibi. γ) *BEK* et custodiam. δ) *P* teneant. ε) *CO* De ordine abbatis; *Q* De abbatis ordinatione. ζ) *DL 1a m.* seniore *(B sic corr.)*. η) *R* et doctrinae. ϑ) *ABP (L?)* in notitia. ι) *CQ* dioeceses. κ) *GHILQ* vel (*L* ad) abbatibus *(OP sic corr.)*. λ) *GHILOPR* christianis vicinis (*P* vicinos). μ) *R (COP 1a m.)* claruerit. ν) *QR (O 1a m.)* domus. [D.] ξ) *AP* ac. ο) *OQR* fiat. [D.] π) *CDFGHL* e contrario. ϱ) *O* suscipit σ) *AC* doctum esse.

proferat nova et vetera, castum, sobrium, misericordem, et semper superexaltet[α] misericordiam[β] iudicio[γ], ut idem[δ] ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, et — ne quid nimis[ε], ne[ζ] dum nimis eradere cupit[η] aeruginem, frangatur vas; suamque fragilitatem semper suspectus sit memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri[ϑ] vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut[ι] viderit cuique expedire, sicut iam diximus; et[κ] studeat plus amari quam timeri. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimius et obstinatus, non sit zelotypus et nimis suspiciosus, quia numquam requiescit. In ipsis imperiis suis sit[λ] providus et consideratus; et[μ] sive secundum Deum sive secundum saeculum sit opera quam[ν] iniungit, discernat et temperet cogitans discretionem sancti Iacob dicentis: »Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die.« Haec ergo aliaque testimonia discretionis, matris virtutum, sumens sic omnia temperet, ut sit, et fortes[ξ] quod cupiant, et infirmi non refugiant, et praecipue ut praesentem[ο] regulam in omnibus conservet[π], ut dum bene ministraverit, audiat a Domino quod servus bonus qui erogavit triticum conservis[ρ] suis in tempore suo: »Amen dico vobis,« ait, »super omnia bona sua constituet[σ] eum.«

α) *BC* superexaltat; *FK* superexaltantem. β) *EGHQR* misericordia. γ) *EFHLQ* iudicium. δ) *O 1ª m.* eadem, *2ª m.* eandem. ε) *O om.* et ne quid nimis. ζ) *B* et ne. η) *CFGHIKLOQR* nimis cupit eradere. [D.] ϑ) *QR (BO 1ª m.)* nutrire. ι) *FIKQ* prout. κ) *B* ut. λ) *BEFG om.* sit. μ) *EFGHIK om.* et. ν) *EFGHILQ* quae (*DP sic corr.*). ξ) *FOQ* (*DL 1ª m.*) ut et forte sit; *EGIPR* ut sint et fortes quod (quot) cupiant (*DL sic corr.*). ο) *O add.* hanc. π) *EFGI* conservent. ρ) *DGOR* cum (*R om.* cum) servis. σ) *OQR (A 1ª m.)* constituit. [D.]

LXV. DE PRAEPOSITO[α] MONASTERII.[β]

Saepius quidem contingit[γ], ut per ordinationem praepositi scandala gravia in[δ] monasteriis oriantur, dum sint aliqui maligno spiritu superbiae inflati, et aestimantes[ε] se secundos esse abbates[ζ] assumentes sibi tyrannidem scandala nutriunt et dissensiones in congregatione[η] faciunt, et maxime in illis locis ubi ab eodem sacerdote vel ab eis abbatibus qui abbatem ordinant, ab ipsis etiam et praepositus ordinatur. Quod quam sit absurdum, facile advertitur, quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi, dum ei suggeritur a cogitationibus suis exutum eum esse a potestate abbatis sui: quia ab ipsis es et tu[ϑ] ordinatus a quibus et abbas. Hinc suscitantur invidiae, rixae, detractiones, aemulationes, dissensiones, exordinationes, ut[ι] dum contraria[κ] sibi abbas praepositusque sentiunt, et ipsorum necesse est sub hac dissensione[λ] animas periclitari, et hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem.[μ] Cuius periculi malum illos[ν] respicit in capite qui talibus in ordinatione[ξ] se fecerunt auctores. Ideo nos praevidimus[ο] expedire propter pacis caritatisque custodiam, in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui. Et si potest fieri, per decanos ordinetur, ut ante disposuimus, omnis utilitas monasterii, prout abbas disposuerit, ut dum pluribus committitur, unus non superbiat.

α) *ABC* De proposito. β) *CR om.* monasterii. γ) *BDEHIO* contigit. δ) *GOQR om.* in. [D.] ε) *O* existimant; *HKR* (*L 1ª m.*) existimantes. ζ) *HOQR* abbates esse (*L sic corr.*). η) *AB* in congregationes. ϑ) *CDFGHLOQR* quia ab ipsis est ordinatus (*K sic corr.*). [D.] ι) *CFGIQ* et; *E* et ut. κ) *DFGL add.* invicem (*IK sic corr.*). λ) *AB* sub hanc dissensionem. μ) *AFK* perditione. ν) *DILP* illis (*G sic corr.*). ξ) *A* talius inordinationis; *KP* inordinationibus. ο) *B* (*A 1ª m.*) vidimus (*C sic corr. ex* videmus); *DGHILQ* praevidemus; *R* praeiudicamus.

Quod si aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, et abbas iudicaverit expedire — quemcumque elegerit abbas cum consilio fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi praepositum.

Qui tamen praepositus illa agat cum reverentia, quae ab abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra abbatis voluntatem aut α ordinationem faciens, quia quantum praelatus est ceteris, ita β eum oportet sollicitius γ observare praecepta regulae.

Qui praepositus si repertus fuerit vitiosus aut elatione deceptus superbiae aut contemptor sanctae regulae fuerit comprobatus, admoneatur verbis usque quater. Si non emendaverit, adhibeatur ei correptio δ disciplinae regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc deiiciatur de ordine praepositurae, et alius qui dignus est in loco eius subrogetur. Quod si et postea in congregatione quietus et obediens non fuerit, etiam de monasterio pellatur. ε — Cogitet tamen abbas se de omnibus iudiciis suis Deo reddere rationem, ne forte zeli aut invidiae ζ flamma urat animam.

LXVI. DE OSTIARIIS MONASTERII.

Ad portam monasterii ponatur senex sapiens qui sciat accipere responsum et reddere et η cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui portarius cellam debet ϑ habere iuxta portam, ut venientes semper praesentem inveniant a quo responsum accipiant. Et mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit, »Deo gratias« respondeat aut bene-

---

α) *EFHIR* et. β) *CDEFKLP* tanto. γ) *DHLOQR* sollicite; [D.] *FIK* (*C 1a m.*) sollicitus. δ) *O* correctio (*DIL sic corr.*). ε) *DFGHKLPR* expellatur; *EI* repellatur. ζ) *BD* invidiae aut zeli. η) *CDFGHILOQR om.* et. [D.] ϑ) *ABE* debebit; *C* debebet.

dicat[α]; et[β] cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore caritatis. — Qui portarius si indiget solatio[γ], iuniorem fratrem accipiat.

Monasterium autem, si possit fieri, ita debet constitui, ut omnia necessaria, id est aqua, molendinum, pistrinum[δ], hortus vel artes diversae[ε] intra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vagandi foris[ζ], quia omnino non expedit[η] animabus eorum. Hanc autem regulam saepius volumus in congregatione legi, ne quis fratrum se de ignorantia excuset.

LXVII. DE FRATRIBUS IN VIA[ϑ] DIRECTIS.

Dirigendi fratres in via[ι] omnium fratrum vel abbatis se orationi commendent; et semper ad orationem ultimam operis Dei commemoratio omnium absentium fiat. Revertentes autem de via fratres ipso die quo redeunt, per omnes canonicas horas, dum expletur opus Dei, prostrati solo[κ] oratorii ab omnibus petant orationem propter excessus[λ], ne quid forte subripuerit[μ] in via visus aut auditus malae rei aut otiosi sermonis.[ν]

Nec[ξ] praesumat quisquam alio referre quaecumque foras[ο] monasterio[π] viderit aut audierit, quia plurima destructio[ρ] est. Quod si quis praesumpserit, vindictae regulari subiaceat; similiter et qui praesumpserit claustra mo-

---

α) *BOP* benedicet (*D sic corr.*). β) *BCPQR om.* et (*in AL delet.*). γ) *CIOR* solatium. δ) *ABP om.* pistrinum. ε) *ABEOP* hortum (*O* horto) vel artes diversas. ζ) *DHIR* (*L 1a m.*) foras. η) *O* non expedit omnino. ϑ) *CFHKLOPQ* in viam. ι) *FGKO* in viam. κ) *OQR* (*P 1a m.*) loco; [D.] *E* solo loco. λ) *BO* excessos; *F* excessum. μ) *AB* ne (*A* nec) qui forte subripuerint. ν) *AI* sermones (*O sic corr*). ξ) *B* (*O 1a m.*) Ne. ο) *CDEFGHIKPQR* foris. π) *EHLP* (*D 1a*, *O 2a m.*) monasterium; *B* monasterii. ρ) *OQR* discretio; [D.] *I 1a m.* districtio.

nasterii egredi vel quocumque ire vel quidpiam quamvis parvum[α] sine iussione abbatis facere.

LXVIII. SI FRATRI IMPOSSIBILIA INIUNGANTUR.[β]

Si cui fratri aliqua forte gravia aut impossibilia iniunguntur[γ], suscipiat quidem iubentis imperium cum omni mansuetudine et obedientia; quod si[δ] omnino virium suarum mensuram viderit pondus oneris excedere, impossibilitatis suae[ε] causas ei qui sibi praeest, patienter et opportune suggerat, non superbiendo aut resistendo vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sententia prioris imperium perduraverit, sciat iunior ita sibi expedire, et ex caritate confidens de adiutorio Dei obediat.

LXIX. UT IN MONASTERIO NON PRAESUMAT ALTER ALTERUM DEFENDERE.

Praecavendum[ζ] est, ne quavis occasione praesumat alter alium[η] defendere monachum in monasterio aut[ϑ] quasi tueri, etiamsi qualivis[ι] consanguinitatis[κ] propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id a monachis praesumatur, quia exinde gravissima occasio scandalorum oriri potest. Quod si quis haec transgressus fuerit, acrius coerceatur.

LXX. UT NON PRAESUMAT PASSIM ALIQUIS[λ] CAEDERE.[μ]

Vetetur[ν] in monasterio omnis praesumptionis occasio. Ordinamus[ξ] atque constituimus, ut nulli liceat quemquam

---

α) *FGQR* (*O 1a*, *D 2a m.*) parum. [D.] β) *CGHIKQR* iniunguntur; *F* iubeantur. γ) *BP* (*L 1a m.*) iniungantur. δ) *OQR* aut si. [D.] ε) *OQR om.* suae (*in C rec. m. add.*). [D.] ζ) *CQ* cavendum; *O* recavendum; *R* summopere cavendum. [D?] η) *CIKP* alterum; *DG* alius alium. ϑ) *I* nec; *Q* et; *R* at. ι) *EO* quavis; *DFGHIQ* qualibet. κ) *H* consanguinitate vel. λ) *EGHILQR* quisquam. μ) *EIR add.* aut excommunicare. ν) *P* (*G 2a m.*) vitetur. ξ) *OQR om.* ordinamus. [D.]

fratrum suorum[α] excommunicare aut caedere nisi cui potestas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut ceteri metum habeant.

Infantum vero usque quindecim annorum aetates[β] disciplinae diligentia ab omnibus[γ] et custodia sit; sed et hoc cum omni mensura et ratione. — Nam in fortiori aetate qui praesumit[δ] aliquatenus sine praecepto abbatis vel in ipsis infantibus sine discretione exarserit, disciplinae regulari subiaceat, quia scriptum est: »Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris.«

LXXI. UT OBEDIENTES SIBI SINT[ε] INVICEM.[ζ]

Obedientiae bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem ita obediant fratres scientes per hanc obedientiae viam se ituros ad Deum. Praemisso ergo abbatis aut praepositorum qui ab eo constituuntur, imperio, cui non permittimus privata imperia praeponi, de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine obediant. — Quod si quis contentiosus reperitur, corripiatur.

Si quis autem frater pro quavis minima causa ab abbate[η] vel a quocumque priore suo corripitur[ϑ] quolibet modo vel si leviter senserit animos[ι] prioris cuiuscumque contra se iratos vel commotos quamvis modice, mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod qui[κ]

α) *OQ add.* aut. β) *DEFGHIKLQ* Infantibus vero usque ad quintum decimum annum aetatis. γ) *EFGHI add.* adhibeatur; *D* adhibeatur ab omnibus. δ) *DFGHKL* praesumpserit. ε) *HO* sint sibi; *K* sibi invicem sint. ζ) *DEFHIKQR* (*B* 2ª *m*) *add.* fratres. η) *OQR om.* ab abbate. [D.] ϑ) *GQ* corripiatur. ι) *DFGO* animum . . . . iratum vel commotum. κ) *FGIOQR* quod si (*O* si *lit. parv.*) quis (*Q* qui). [D.]

contempserit facere, aut corporali vindictae subiaceat aut, si contumax fuerit, de monasterio expellatur.

LXXII. DE ZELO BONO QUOD α DEBENT MONACHI HABERE.

Sicut est zelus amaritudinis malus qui separat a Deo et ducit ad infernum, ita est zelus β bonus qui separat a vitiis γ et ducit ad Deum et ad vitam aeternam. Hunc ergo zelum ferventissimo amore exerceant monachi: id est ut honore se invicem praeveniant, infirmitates suas sive corporum sive morum patientissime tolerent, obedientiam sibi certatim impendant (nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio δ,) caritatem fraternitatis casto ε impendant amore, Deum timeant, abbatem suum sincera et humili caritate diligant, Christo omnino nihil praeponant, qui nos pariter ad vitam aeternam perducat. ζ

LXXIII. DE HOC QUOD NON OMNIS IUSTITIAE OBSERVATIO IN HAC SIT REGULA CONSTITUTA.

Regulam autem hanc descripsimus, ut hanc observantes in monasteriis aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis nos demonstremus habere. η

Ceterum ad perfectionem conversationis qui festinat ϑ, sunt doctrinae sanctorum patrum quarum observatio perducat ι hominem ad celsitudinem perfectionis. Quae enim pagina aut quis κ sermo divinae auctoritatis veteris ac novi testamenti non est rectissima norma vitae humanae? Aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat,

---

α) *DEFGHKL* quem. β) *BHLR* et zelus. γ) *AB* vitia; *FGJ* (*L?*) vitio. δ) *DHIQ* alii; *K* aliis. ε) *AB* caste. ζ) *A* 1ª *m.*, *B* 2ª *m.* perducant. *DEFHIKR add.* amen. η) *O* ut in hac observationem monasterii aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis nostrae demonstraremus haberi. ϑ) *LR* (*G* 2ª *m.*) festinant. ι) *FGH* perducit. κ) *AP* 1ª *m.* qui.

ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum? Nec non et Collationes Patrum et Instituta et Vitae[α] eorum sed et Regula sancti patris nostri Basilii, quid aliud sunt nisi bene viventium et obedientium monachorum instrumenta virtutum? Nobis autem desidiosis et male viventibus atque negligentibus rubor confusionis est.

Quisquis ergo ad patriam coelestem festinas[β], hanc minimam inchoationis regulam descriptam adiuvante Christo perfice; et tunc demum ad maiora quae supra commemoravimus doctrinae virtutumque culmina Deo protegente pervenies. Amen.[γ]

Explicit regula.[δ]

α) *ABR* (*LP* 2° *m.*) vitas. β) *FQR* festinans. γ) *BDFHI om.* Amen. δ) *AP add.* Facienti haec vita erit aeterna.